r menti.faciat no.dictum Bar.in.l.qd cōstitu-
t testa.mili.vbi dixit exempta ecclesia vr̃ exēptus
.c.per exemptionē de ꝑuil.li.vj.Modo in quo-
pitali exempto erat quidaꝫ laicus prior quo casu
t ibi vide per euꝫ:an videat exemptus:vr̃ ꝙ sic:
cus ecclesie:ꝛ cadit in vbis dispōnis.nihilominꝰ
at ɔ̃trium qꝛ intelligit exemptus p̃latus qui ē de
bius ecclesie:ꝛ lꝫ cadat in vbis dispōnis non tñ
nente dispositoris.Et ita refert se in qōne facti
e:ꝛ sic solutum est primū ꝑ.glo.ɔ̃rio ꝑ eadeꝫ est
.Sed pone ꝙ si tpe date litterarum fuit suppressū
dē impetrātis:ꝙ tale bñficiuꝫ nō deberetur expe
um accessissent de ɔ̃stitu.ita per casum est ɔ̃ si tpe
tabat bñficium sed post datā extat debitū.vnde
cit tp̃s date in eius fauorē.ita non dꝫ inspici in
iciū.Rñde ꝙ ɔ̃rio ꝑ est eadē disciplina qñ est ea-
Sed in casu isto nō est eadē ratio ergo nō est ea- 5
.c.veniēs.ꝛ.c.auditis de prescrip.l.fi.ff.de ca
n actū.ff.de neg.ge.Nam dispositio sup eo qd
:sed sup eo qd nō est fieri nō pōt.Et ideo ꝑmo
ppremi.c.ad dissoluēdū de spon.impube.l.nā
itione.§.rumpēdo.ff.de iniusto testō.l.manu-
ff.de insti.ꝛ iure.l.decē.ff.de ver.ob.Secundo
t supprimi:qꝛ non est in rerum nā.ꝛ sic non est
¶ Et ex ista glo.no.ꝙ bñficium existēs tēpore
ꝫ ad bñficium vacatur pōt in p̃iudiciū impetrā
ni:seu per vnionē:seu alio mō quaꝫ glo.repnto
ibi nescio similē:ꝛ est ratio ꝺm doc.ꝙ papa sim-
ibēdo nō tollit ptātē supprimēdi:sicut nō tol
cōferendi:vt est tex.in.c.dilectus el scdo.ꝫ.de p̃

creto … nullus intercessit processus executionis affectiu' pre-
cedat decisio istius glo. allegat dictū. c. dilectus de prebē.
… ait ordinarius supprimeret in fraudē: tunc talis sup
pressio nō teneat in preiudiciū impetrātis: vt voluit ista gl.
… it mandatū fuit cum decreto vel emanauit processus
executoris affectiuus: tūc dicit pōderandū esse formaz de
… q: si concludit ad ligandas manus supprimentis ēt quo
… actū supprimendi, procedat dcm̄ Landi. Nec ob. dicit qō
… uit Archi. & Jo. and. in. d. c. cū de bñficio. q: ibi spāli
… uit inhibita alteratio bñficij & inhibitio pape fuit spe-
… a. vnde anullat fortius q̄ inhibitio executoris. c. i. de
… ces. prebē. li. vj. allegat no. per Jo. an. in. c. constitutus
… ōces. pben. Et hoc dictū sequit̄ hic. d. Anto. & do. m.
… de imo. qui simpliciter recitando vr̄ ita tenere. Et idē
… elle. d. Anto. in. d. c. cum accessissent. vbi tangens istā
… em remittit ad no. hic. ¶ Uos vero ad tantos pr̄es
… ite p̄mo limitādo istā glo. q̄ si impetrans in lr̄is suis
… erei clausulaz de bñficio qō impetrās duxerit acceptā
… q: tūc lz ep̄s supprimat bñficiūz ēt in fraudē expectā
… nihilominus ista suppr̄ssio valet & rz. q̄ tene mēti: q:
… oua limitatio & inaudita: nec tacta per aliquē vsqz ad
… pa: & allego glo. in. c. ij. in v̄bo primo. s̄. de renun. li.
… ne voluit q̄ si aliqs impetrauit bñficiūz cū hac clausu
… dixerit acceptādum & fiat pmutatio in fraudē ipsius
… no. in. d. c. ij. q̄ valida ē talis pmutatio. ita nūc dica
… validā eē suppr̄ssionē: q: poterit postea aliud bñficiū
… are qō est bene no. vide ibi scribētes. Adde etiā q̄
… dubitabili passu ista erit firma & vera conclusio. Qō
… beneficiū extabat tpe date nisi tū adhuc vacabat: & tūc
… ordiarius licite pōt supprimere illud bñficiū: puta

in.l.omnes populi.ff.de iusti.τ iure.τ.d.Pe.de an
in.c.cum aliqbus de rescriptis li.vj.τ.d.Abbas.in
accessissent de consti.τ Bal.in.d.l.oium.τ in.l.ex p
to.C.de rerum permuta.τ in ti.de pace constan.in.i
τ in.l.si vt proponis.la secunda.C.de nup.τ Salyc.
si.C.de iuris.om.iudi.τ in.d.l.si vt ꝓponis.τ in.d.l.
nium.Faciat etiam quod dixit Archid.τ ibi sequit
minicus in.c.cum de bñficio de preben.in.vj.vbi si
54 concessit monacis ꝙ Abbas non possit conferre b
secularibus clericis: τ apposuit clausulã decreti ꝙ li
bas postea conferat illud bñficium clericis secularib
gissimo tempore ꝙ nõ oritur consuetudo per appo
decreti lʒ alias orietur: vt est tex.ibi no.Faciat quo
chre dixit Bald.in.c.i.in ti.qui succe.tene.vbi qu
statutũ anullat actum ipso iure consensus partiuʒ
illum actũ validare.τ pro istis allego casum a nom
ratum.iiij.di.§.hec ẽt si legibus in ver.nisi forte q
cat hec nõ decernẽdo esse statuta.decretũ vero nec
facit τc̃.τ ex istis elicitur conclusio ꝙ qñ in litteris
55 positum decretũ ordinarius nõ põt supprimere b
vacans.Quia cum auctoritas pape non sit ab hom
a deo in.c.nouiter de iudi.ideo contra ius decretu
eius consensu nihil fieri potest ab homine quod si
xi.di.c.consequens.τ.c.nolite.xij.di.c.sit sancta τ
τ ideo pulchre dixit Hosti.in.c.quanto de transla
56 ꝙ deus τ papa faciunt vnum tribunal.Sed vnuʒ
supradictis vʒ.l.i.in prin.ff.de fer.vbi lex appon
tum: τ tamen sententia lata die feriato ꝯtra decre
l.valet τ tenet: si consensus partium interuenerit
papa apponat decretum in litteris nihilominus

ANATOME VEL DESCRIPTIO PARTIVM HVMANI CORPORIS,

vt ea in Acamia IVLIA, quæ est Helmsteti, singulis annis publicè prælegi, ac administrari solet.

Authore

IOHANNE BOKELIO.

HELMSTADII.

Excudebat Iacobus Lucius.

Anno

M. D. LXXXVIII.

papa apponat decretum in

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISS: PRINCIPI AC Domino, Domino HENRICO IVLIO Episcopo Halberstadensi, Administratori Mindensi, Duci Brunsuicensi & Luneburg. &c. Domino suo Clementiss.

REVERENDISS: ET ILlustrissime Princeps &c. Domine Clemẽtiss. Ἄριστον ὑγιαίνειν dixerunt veteres, quia integra corporis valetudine frui homini ad cæterarum in hac mortali vita vsum nihil magis necessarium. Quid principat9, quid honores, diuitiæ, quid deniq; virtus, ac disciplinæ omnes, si hisce fruendi tibi desit facultas? Ob vsum enim quidquid possidemus bonum iudicamus, is si absit etiam maxima nullius pretii sũt; Minima verò bona si tibi commodè iis frui liceat maximi pretii existunt. Quid quæso ægro homini regna, diuitiæ, honores, sapientia aliæq; animi dotes excellentes: Quid mens sana corpori infirmo commodi præstat, nisi quod intellectu calamitatis suæ, in qua versatur & metu mortis magis excrucietur. Quamobrem mul-

tæ causæ sunt, quòd sanitatem omnibus corporis donis præferamus, Ac infelicissimum eum iudicemus, qui ea destituitur: Est enim bona corporis valetudo cæterorum bonorum omnium perfectio, qua sine in vita nullum solidum, aut integrum existit gaudium.

Hinc Ars Medica quæ sanitatem præsentem tuetur, & amissam restituit, apud omnes etiam Barbaros homines omnibus seculis in magna habita fuit pretio: Maximè vero ea Medicinæ pars quæ ἀνατομή dicitur, & partium humani corporis fabricam explicat, quam olim Reges viriq; Principes studiosè coluerunt, quos neq; puduit publicè sectionibus manus adhibere, & frequentius ijs interesse, ac præesse, Vt de Hippocrate legimus qui ab Aesculapio, & Hercule oriundus hanc Artē & per manus familiæ suæ tradidit, vt eam a maioribus suis magna ex part acceperat.

Idem de Arabum regum familijs legimus, qui vastata Græcia, & disciplin ac studio Medico extincto summa dilige tia hanc Artem excolere, & exornare c perunt, quemadmodum ex ipsorum scr

p

ptis, quæ à principibus viris maxima ex parte collecta, & conſcripta ſunt, videre nobis licet.

Etenim quid opus eſt exemplis huius Artis dignitatem, & excellentiam commendare, cum per ſe ſatis digna ſit quæ ametur, & ab omnibus colatur, ſiquidem in contemplatione eius corporis, & obiecti verſatur, quod ad Dei omnipotẽtis imaginem conditum eſt, in quo radij lucent diuinæ ſapientiæ, Deiq́; organum eſt: Diuini igitur corporis ſtructuram inueſtigare, & diſcere diuinum eſt opus:

Et rectè quidem, ac piè etſi Ethnicus fuerit, Galenus vocauit lib. 3. de vſu partium cap. 10. ἱερὸν λόγον, & verum conditoris noſtri Hymnum Anatomen humani corporis, exiſtimatq́; in eo veram eſſe poſitam pietatẽ, vel θεολογίαν: Non taurorum Hecatombas ei plurimas ſacrificare, non caſias, aliaq́; ſexcenta odoramenta, ac vnguenta ſuffumigari, ſed ſi quis hanc Artem primus nouerit, alijſq; expoſuerit, quænam ſit ipſius conditoris in fabrica huius corporis ſapientia, virtus & bonitas: Quod enim culto conueniente omnia exornare, nihilq́; ſuis

beneficiis priuatum esse voluerit id perfectiss. bonitatis specimen esse hoc loco, statuit Galenus. Conuincimur enim ex contemplatione fabricæ huius, partiumq; omnium vsu, diuinum fuisse huius operis Architectum, qui singulari, & sapientia, & arte insigni omnes particulas ita efformauit, & disposuit, vt aptius & præclarius, vsuiq; accommodatius inueniri, & excogitari potuisset nihil.

Si quis est mundi ornatus, & vtilitas, vt profectò est maxima, præstat sane his omnibus humanum corpus, quod propterea μικρόκοσμον, nominarunt veteres sapientes, quod in vnum hominem, totius mundi elegantiam, ornatum ac sapientiam concluserit DEVS optimus maximus.

Quis igitur hoc opus non admiretur? Hominem sanè haud dixeris, qui huius notitia non ducatur, afficiatur aut delectetur.

Etenim aliarum rerum contemplationi operam dare, sui autem ipsius nullam habere noticiam, aut se ipsum ignorare, turpissimum est, vt habet oraculum Delphicū, γνῶθι σεαυτόν: quod non solū

Ethicè

Ethicè, ſed & Phyſicè intelligendum eſſe arbitror. Docet enim nos ipſa corporis ſtructura, de humanæ naturæ fragilitate quàm leui momento homo, animal excellentiſs. in grauiſs. incidat morbos, ſi corporis negligentior fuerit, quos maximos etiam vt ſæpius noticia ſui facilè euitare, ita in eoſdem negligentia ſui incurrere in procliui eſt.

Quare bonas mentes hæc doctrina primo ad DEI creatoris reuerentiam, & veram pietatem, deinde ad vitæ temperantiam, & modeſtiam exuſcitat, commonetq; ne ſacrum illud Dei domicilium improbis, ac turpibus flagitiis polluamus, proſtituamus, aut temerè prophanemus, ſed ſacroſanctum corpus piis vſibus religioſè deſtinare, & conſecrare ſẽper ſtudeamus, ne Spiritum ſuum hoc ſuo domicilio proteruè excutiamus.

Ad ſanitatem quoq; tuendam non mediocriter nos iuuat: Is ſiquidem, cui corporis proprii natura nota & perſpecta eſt (quemadmodum Architecto domus, quam extruxit) Si contingat corp9 vitiari, facilius, ac melius id reparabit, & morbos effugiet quàm alius, cui cor-

poris ratio ignota est: Quia cuiusq; sanitas ex noticia sui vel maximè dependet.

De his plura quidem scriberem, nisi scirem Vest: Cels. hæc omnia probè nosse. Memini enim Vest: Cels. ex me sæpius de interioribus humani corporis partibus curiosè quærere, quod mihi facit spem hunc qualemcunq; laborem, quo paucis vniuersam Anatomen complector, Vest: Cels. vt honestarum artium, ac disciplinarum omnium Mœcenati liberaliss. gratum, & acceptum fore, vtq; sit reuerenter oro,& obtestor. De quo plura dicere nolo, ne assentatiuncula gratiam vestræ Celsitud. aucupari videar.

Huius autem instituti mei hic fuit præcipuus scopus, vt in Vest: Cels. illustri Academia I V L I A, publicis sectionibus, quarum binæ singulis annis vna Maris, Altera fœminæ exercentur, libellus quidã Physiologicus & Anatomicus adiungeretur, ex quo summa huius doctrinæ capita studiosi discere possent.

Et quamuis alij quoq; non mediocriter in hanc partem laborarunt, ex quorum scriptis hæc mea magna ex parte desumpta

umpta ſunt, tamen cùm hic noſter qua-
iſcunq; libellus ordini, ac rationi publi-
carum noſtrarum ſectionum ſit optimè
accommodatus, non dubito diſcentibus
Anatomen, quin plurimum commodi ſit
allaturus, quod vt fiat vnicè exopto.

Poſtremo Deum Opt: Max. Veſt. Celſ.
vt nobis diu incolumen, ac ſaluam con-
ſeruet omnibus bonis animi, & corporis
auctam, ac inſigni laude virtutis, glo-
riaq; florentem tueatur, toto pectore o-
ro, vt Veſt: Celſ. Academiæ capitis ſalu-
te, Academiæ quoq; noſtræ ſalus vigeat
& conſiſtat. Datum Helmſteti, in Aca-
demia I V L I A, die Purificationis Mariæ,
Anno 1585.

Veſt: Celſ.

obſeruantiſ.

Iohannes Bökelius.

LECTORI S.

Esi plures de Anatome par-
tium humani corporis erudi-
tè & accuratè satis scripse-
runt, inter quos vel præ-
puus est, ac elucet præ cæteris labor, stu-
dium, ac industria singularis D. An-
dreæ Vesalij Medici, & Anatomici ex-
cellentiss. cui in secandis corporibus me
plurimum debere fateor, tamen ab insti-
tuto meo, non me alij aut summi viri Au-
toritas deterrere potuit, quod ipsius ma-
gnum opus, & exquisitiss. illa secandi
ars, & industria Anatomicis magis,
quàm ijs qui qualemcunq; partium hu-
mani corporis structuram, ac situm sci-
re desiderant, quibus hoc nostro Anato-
mico libello vel maximè commodare cu-
pimus, inseruiat.

Deinde id maximè studeo, & in
eam curam incumbo, vt certa quadam

ac b

breuiß. Methodo non tam Medicis quàm Philosophis publicè in Academia VLIA Anatome proponeretur, & demonstraretur, cui successu temporis à docentibus, & administrantibus si quid melius adijciatur (quia sufficit mihi principium huius Artis hoc loco ac primum eius fundamentum iecisse: Ἀρχὴ γὰρ ἥμισυ παντός, vt inquit Poëta) aduersum sanè id nobis minimè futurum est: Neque perfectionem aliquam hic mihi arrogare volo, quod institutum meum cum hæc publicè legerem, & explicarem nequaquam fuit, sed vt tantum in noua hac, ad adhuc nascente Schola prima rudimenta huius artis studiosis exponerem, & primas sectiones inchoarem.

Scio equidem me omnibus satisfacere, & placere non posse: Boni tamen viri id quod feci, studiumque meum, qualecunque id sit, probabunt non dubito, &

me

me de bonarum artium disciplinis ben
mereri sedulo operam dare, testabu
tur, omnino mihi persuadeo. Datu
Helmsteti in Academia IVLIA, di
Purificat. Mariæ, Anno 1585.

Iohannes Bö-
kelius.

In Anatomen D. Iohannis Bokelij.

VT sacra fert Moses, Arisq; accendit honores,
Anatomen certa lege tenere iubet.
Ne sacer arte sua deuotis culter in
Erret, & ingrato Numen honore colat. (extis
Nam suus est Aris ritus, lex fixa sacrorum
Ritibus, & certis quæq; notanda modis.
Quos vltra citraq; sacris mos additus Aris
Deficit, & nullo placat honore DEVM.
Hinc & Apostolicæ fidei tuba Paulus, IESVM
Quando docet, rectè verba secare iubet.
Ne vagus in sacris Labyrinthus ad inuia ducat
Sacra, quibus tristi mens tremit hausta metu.
Carceribusq; suis fertur lucem inter & vmbram,
Nec via, nec verbi præuia tæda micat.
Erroris seges ampla nouis pubescit in aruis,
Fluctuat in triuijs Meßis adulta suis.
Iamq; adeò incedit scissa Concordia palla,
Errorum lacero culter in ore rubet.
Qui fibras cordis dum non secat arte probata,
Exilium in toto corpore triste parat.
Non decor in vultu, nec vis manet insita membris,
Optima turbato quæq; tenore iacent:
Hæc metuenda semel verbi cùm à luce recessum
Et Pauli culter fit laniena Dei. (est.

Qua-

Qualia sæpe solent miscere cruenta sacrorum
Vsibus, in Christum qui fera multa moue
Dum culter feritate sua iam degener, Aris
Debita non verbi cum ratione secat.
Et potior Medicis si cura modusq; secandi est,
Hos propius Pauli verba secare monent.
Ne qua vel in nostro pars corpore parua sup
Mens cui possit non sat habere fidem.
Quando suis artus herbis potuq; iuuandi,
Quos, nisi qui nouit, nemo leuare potest
Hanc quia clare tua profers ope celsius artem
BOKELI, & certa lege secare doces.
Exemplo Pauli, sacris qui rebus eandem
Vendicat, in templis, ne sacra turbet Eri
Ergo tuis etiam monitis schola multa gaudet,
Quos probat exemplo Paulus & arte DEI
Nec fera Cyclopum ratio contraria recto
Tanta erit, in verbo quantus & ipse DEI
Non maior doctrina, nec vllis victima sacris
Gratior in veteri fœdere cæsa fuit.
Quàm tu Gnate DEI dum concilijs hostia ad
Atq; reperta nouo fœdere vita fuit.
Iamq; omnis cecidit veterum cultura sacrorum
Sanguine quando Deus iam sacer ipse m
Ergo tuum recta verbum ratione secandum est.
Ne lacera verbi mente, cadauer agat.
Tum potior Medicis est gratia cessa secandi,
Quos pudor est error fallat vt arte sua.
Henricus Bolschen

HYSIOLOGIA ET ANAtome partium humani corporis.
Liber Primus.

CAPVT PRIMVM.

Væcunq; artium disciplinæ Methodo traduntur, felicissimè eædem à quouis addiscuntur. Siquidem Methodus, id est, compendiosa docendi ratio maximè secundum naturam est. Etenim cum corporum nostrorum natura affectibus innumeris obnoxia sit, quibus vitiari, & corrumpi sanitatem sæpè contingit, non id quæritur, an tuenda sanitas & morbi profligandi sint: (id enim omnes homines, qui mente aliqua præditi sunt, facile intelligunt) sed illud, quibus auxilijs sanitatem tueri, ac depellere morbos conueniat. Id autem cum non quibusuis quantumuis ingeniosis sit obuium, impellente necessitate, quæsita et inuenta est à præstantibus viris ars quædam, quæ vtriusq; rei facultatem nobis præstaret: Hanc artem Medici Medicinam, Græci ἰατρικὴν, hoc est, sanitatis effectri-

Methodi laus.

Medicina quomodo inuenta sit.

ἰατρική.

lateris dolorem, tussim, febrem continu

Galeni de locis affectis libri.

Ex hoc genere ducuntur praecepta illa, q
sunt de internarum partium affect
cognoscendis, & illam Medicinae par
constituunt, quae Σημειωτικὴ dicitur, p
citurq; affectuum in proprias causas r
lutione: Huiusmodi sanè praecepta à p

Crebra obseruatio est demonstratio.

bus etiam primum oriuntur, & per
bram obseruationem fiunt vniuersalia
qui infirmare ea volet, sensuum im
conuinci potest.

Euidentia ἐναργῆ.

Euidentia, quae ἐναργῆ dicuntur,
communes notiones, hoc est, proposit
quae absq; sensuum adminiculo, statim
se notae sunt, neq; vlla egent declarat
modò voces, ex quibus constant, in
gantur. Apud Geometras sunt illa:
tum est maius qualibet sua parte. S

κοιναὶ ἔννοιαι.

aequalibus aequalia auferantur, relinqu
tur aequalia. Apud Physicos: natur

Principia Medica.

hil agit frustra. Apud Medicos illa
Quod secundum naturam est, illud se
re oportet, quod praeter naturam, toller
Item similia similibus conseruantur,
traria contrarijs tollantur. Sanum est

pus, quod proprias suas actiones rectè potest obire: ægrum quod eas obire non potest. Morbus non curatur, nisi ea, quæ præsens causa est, tollatur.

Demonstrata ἀποδεδειγμένα sunt Hypotheses, quæ non statim intellectui per se notæ sunt, sed ex aliis notioribus notiores fiunt: cuiusmodi sunt. Quatuor esse mixtorum corporum elementa: nouem esse temperamenta: Morbum esse affectum præter naturam, qui primò & per se actiones lædit: Concoctionem esse eorum, quæ assumpta sunt, elixationem quandam, & liquationem. Hæc enim per se non statim nota sunt, sed partim à Physicis, partim à Medicis demonstrantur, & quæ ex ipsis præcepta sequuntur, non minus vera quàm ipsa iudicantur. *Demonstrata.*

CAPVT II.

De vtilitate Præceptorum.

VEra igitur præcepta sunt, quæ aut cū apparentibus, vel euidentibus con- *Artis finis, Vtile.*

sensum habere demonstrantur. At non ...
est, vana esse, si non quoque utilia sunt ...
hoc est, ad eum finem, qui propositus ...
conducentia, & non Idiotarum com...
nia, sed solorum Artificum propria. ...
re quae de ignotiorum medicamento...
natura, de plantarum historia, de ex...
sima quarundam partium Anatomia ...
riosè nimis traduntur, inutilia cens...
sunt, quia ad finem artis consequen...
nihil conferunt. Praeterea quae publ...
ta sunt, ut ignem esse calidum, aquam ...
gidam, omnino nec praecepta, nec ...
principia dici possunt: Artis enim pr...
nullam constituunt, quanquam prae...
quae artis principia dicuntur, ab qu...
habeant.

Praecepta Utilia.

Praecepta artificum sunt, non Idiotarum.

CAPVT III.

DE CONNEXV SE... consequentia Praeceptorum.

ΑΚόλουθα, ritè inter se connexa & ligata praecepta quoque esse oport...

Artium praecepta sint ἀκόλουθα

[illegible] cum principijs, ex quibus ne-
[illegible] ſuperioribus
[illegible]. In tradendis
[illegible] per hunc ordi-
[illegible] ars præ- *Ars*
[illegible] con- *[illegible].*
[illegible] : ſed benè
digeſta ac ordinata ſeries.

CAPVT IIII.

DE TRIPLICI METHODO.

Diſpensandorum autem præceptorum eſt triplex ratio. Aut enim à fine vel eius cognito intellectóque progreſsi, omnia quæ ad ipſum referuntur colligimus, ordinéque certo collocamus: Aut in eundem ordinem refundimus, contrario ordine, ab eo quod in inventione vltimum erat, ad finem progredimur: Aut propoſitam definitionem in partes diſpeſcimus, eaſque tamdiu diuidimus, dum neceſſaria præcepta omnia comprehenderimus. Huiuſmodi ordinatæ do-

ἀνάλυσις *σύνθεσις* *ὁρισ[illegible]*

ctrinæ methodi vocantur. Illa, quæ fi
in ea resoluit, quæ ad ipsam resoluun
ἀναλυτι-κή. *RESOLVTORIA dicitur, ανα...*
estq; ad inuentionem accommodatiſsim

συνθετικὴ *Altera, in qua ad finem contrari*
dine fit reditus, COMPOSITORIA
pellatur: atq; hac vna, omnes artes,
ſertim quæ effectiuæ dicuntur, hoc est
opus aliquod post actionem relinquun
ius generis est Medicina, non ſolùm q
optimè docentur, ſed etiam exercentur

TERTIA, quæ propoſitæ definiti
differentias ita partitur, vt non ſolùm
neralia, ſed etiam generalibus ſu
Artis capita omnia explicet, DEFI
ὁριςική. *VA vocatur, estq; præ cæteris ad A*
memoria comprehendēdam quam ap
ma. Exemplis hæc fiant illuſtriora.

Ἀναλυτικὴ *ſeu reſolutoria meth*
notione finis ſic conſtituitur. M
propoſitum est corporis ſanitatem
vel morbum propulſare.

C

CAPVT V.

EXTRVCTIO ARTIS Medicæ διὰ τῆς ἀναλυτικῆς μεθόδου.

HIc primum is, qui per ἀνάλυσιν, id est, resolutionem artem constituere parat, quid sanitas, quid morbus sit, inquirendum putat. At cum sanitas corporis ac finiti rationem habeat, eaque simplex multiplici morbo opponatur, prius ad sanitatis quam morbi cognitionem incumbit. Porrò sensu, quantum fieri potest, duce, à posteriore statim sanitatem considerat: posteriora autem, & sensibus notiora, statim occurrunt, salubria corporis symptomata, id est, sanitatis effectus, qui videlicet sanitatem, ceu umbra corpus, sequuntur. Eiusmodi autem sunt integræ atque inculpatæ functiones. Ab his igitur progrediens, constituit, sanitatem nihil aliud esse, quam probatarum actionum causam, seu rectè operandi facultatem: Cum autem homo actionum varietate, ac præstan-

Sanitas simplex, Morbus **multiplex.**

In Resolutione primum.

Sanitas quid.

Homo animal perfectissimum.

Species a-ctionum humana-rum.

Anatome quid?

stantiæ sit animal perfectissimum, &
pus quoq; habeat pro varietate actio
varijs quoq; partibus constitutum, acti
tiones, quales sint, expendit diligen
earumq; differentias notat ac distingu
vt quædam sint ANIMALES, quæ
NATVRALES. Atque Animale
dicuntur quædam sensus, quædam a
voluntarium pertinentes. Ad sensum p
nent, Visus, Auditus, Olfactus, G
Gustus, Tactus, & sic de cæteris: Hinc
progressus, quæ singularum actionum
instrumenta, inquirit. Intelligit
corporis partes non frustrà, sed vt a
organa essent, fabricatas esse: Et cu
ctiones requirerent actiones: organa
actionum organa sint, secundum natu
correlatiuorum, vtrunq; ex altero in
gari debere. Partium autem interio
naturam, non alia via cognoscere p
quàm Architectus domum cognoscit q
ipse non construxit, nimirum ex dissecti
ne. Huiusmodi dissolutio est Ana
quæ cum rectè exercetur, varia & m
plex partium natura sese prodit. At

a

[illegible] membra quædam [illegible] simplicia [illegible] appa-rent. [illegible] cognoscenda. [illegible] simpli-ciores [illegible] confusionem, [illegible] constat, [illegible] partes, [illegible] vel adiacen-tes.

Composita [illegible] cognoscenda.

Per Anatomicam [illegible] partium notitia paratur, à compositis ad simplicia proce-dens, vsq; dum ad simpliciores [illegible] perueniatur, quæ iam [illegible] non possunt, nisi in particulas [illegible] substan-tiæ & rationis. Compositas [illegible] ge-neris sunt, manus, pes, [illegible] dissimilares [illegible] instrumentarias vocant. Simplices qua-[illegible] sunt: os, cartilago, neruus, caro, & si-[illegible] similares nominant. At non satis [illegible] partium [illegible] sciat, quæ [illegible] simplices, quæ-dam compositas: & [illegible]

Partes cō-positæ.

Simplices.

& m[illegible]

& magis compositis actionibus sunt d... nata, magis quoq; compositas esse: sed ... in singulis membris compositis ... ex quibus, & quomodo sint com... Hoc studio prouectus, intelliget ... statim deprehendet, partes quæ con... tionem perficiunt, Primum certo nu... esse, Deinde singulas ipsas tantam m... tudinem, & talem figuram esse adept... hæc, eo loco ita collocatas, & cum ... partibus ita connexas, vt ad perficie... eas, quibus præfectæ sunt actiones, ... accommodatiusq; nihil fingi posit. ... nauerit enim, cruris, manus, ocul... rerumq; membrorum compositorum ... nes ineptas ac inutiles fore, nisi ossa ... sculi, ligamenta, membranæ, cæter... quibus illa constant, tot essent numer... tanta, atq; ita conformata, præterea ... eo loco sita, atq; ita vt sunt, connexa... cum diligenter notauit, inuenit ... positorum membrorum sanitatem ... videlicet ea consistat in his quatuor ... sto partium numero, in iusta cuiusq; ... magnitudine, idonea figura, & ap...

Bona compositio in quatuor consistit.
1. in Numero.
2. Magnitudine.
3. Figura.
4. Situ.

Sanitas in quinque consistit.

ratione, quibus & quintum aliud accedit, vt habeat cum vicinis partibus connexionem & communionem. At vbi rursus animaduertit, ad integram corporis sanitatem, perfectasq; actiones non satis esse, quod membra humani suam structurã, simpliciumq; naturam ex[illegible]at, non aliter quàm ædificiis, cui non solùm conuenientem formam [illegible] damus, sed materiam etiam [illegible] ligna, calcem, ferrum, [illegible]. Simplices itaq; partes, quæ inter se conferuntur: alia ossis, alia cartilaginis, alia carnis natura esse reperitur: Deinde vero per se spectantur, multis alterationibus obnoxiæ, & nisi in calido, frigido, humido ac sicco moderationem habuerint, ægræ, & ad functiones ineptæ deprehenduntur. Quare quantumuis sensui simplicia occurrant: tamen ex pluribus non apparentibus generari & consistere ratio docet, eaq; non alia esse, quàm simplicissima illa corpora, quæ communiter rerum elementa dicuntur, ex quorum varia commistione & temperatura, in prima generatione, simi-

Simpliciũ natura.

Simplicia quantũuis simplicia appareant, simplicia tamen non sunt.

laria

laria naturam suam & substantiam [illegible]
piant: & perfectam sanitatem sustinent [illegible]
prehensa [illegible] per [illegible]
[illegible] sanitatem [illegible]
quæ [illegible] genera [illegible]
sunt: [illegible] generibus [illegible]
[illegible]. Si bona compl[illegible]
est, [illegible] magnitudine, figura [illegible]
tus [illegible]
compositio [illegible]
moderatis, morbus erit [illegible]

Morbus quid ex natura contrariorum.

tiens sanitas, est bona & [illegible]
Itaque [illegible]
[illegible] à natura [illegible]

Morbus Corpus neutrum.

quibus [illegible] actiones [illegible] &
liter lædatur, morbus est. [illegible]
[illegible] sensibiliter læd[illegible]
[illegible] non morbus, sed naturalis [illegible]
[illegible]. Etenim cum bonæ actiones [illegible]
læsæ [illegible], constat sanitatem [illegible]

Sanitatis latitudo magna.

dinem habere, [illegible] esse [illegible]
[illegible] aliis præstantiores. [illegible]
optima est, quæ [illegible] actio[illegible]
quæ [illegible] actiones, sed tamen [illegible]
nitatis limites adhuc consistentes [illegible]

[illegible] ultimo, secundum magis & minus, [illegible] in ipso [illegible], re- [illegible]. Porro [illegible], Medicina [illegible] naturam [illegible] sed quid sit ho- mo, constet ex quatuor [illegible] ele- mentis, [illegible] natura noscenda est, quid [illegible] ex illis ele- mentis [illegible] fub- [illegible] formas, [illegible] [illegible] ad temperamentum [illegible] rele- quis [illegible] qua- litate, reliquis [illegible] domin- bus, ita ut corporum quædam sint tempe- rata, alia [illegible] da, humida, [illegible] vel calida & hu- mida [illegible] temperata, calida & sicca, [illegible] & humida, [illegible] & [illegible]. Cer- ta [illegible] per- petuo [illegible] comprehendi non [illegible]. Hæc cum sint [illegible], [illegible] quæ [illegible] [illegible] ut [illegible] ad [illegible] [illegible]- rat, & ad cognitionem [illegible] na- turæ, per [illegible] propter [illegible]

Naturæ [illegible] tempera- menta.
1. Tempe- rata.
2. Intem- perata.

accedat is, qui in generalibus tempera-
Morbi latitudo. *tis bene est exercitatus. Similiter ...*
morbi suos gradus habent. Cum enim ...
tiale actiones magis minus sic tales ...
necessario morbos, qui proxima sunt ...
sarum actionum causa, magis minus ...
cipiunt, pro vt paruo vel magno in...
lo à sanitate recesserunt: sed morbor...
quanto differentia, non nisi ex san...
differentia nosci ac constitui possun...
verò sanitatis ac morbi differenti...
quali, & quanto, quod fieri potest, ...
ctas habuerit, is posteà in administra...
causarum non facilè aberrauerit: ...
præsenti sanitate tuenda similia ad...
bit, eo modo, quo natura requiri...
præsentibus morbis profligandis, non ...
contraria adhibebit, sed eorum etiam ...
dum statuere sciet, præsertim si med...
lem materiam non ignorauerit, hoc ...
limentorum & medicamentorum fa...
Sex res nõ naturales. *tes exploratas habuerit, quid aer, ci...*
tus, Exercitatio, quies, somnus, vigi...
pletio, inanitio: Animi passiones in ...
ribus efficere queant. Nunc reliqu...

vi...

vt quemadmodum à fine proposito per ἀνάλυσιν sanitatis, & morbi naturam inuestigauimus. Ita contrario ordine, nempè compositorio, singula quæ inuenta sunt, exactius ac diligentius explicemus, ab elementis exorsi, vsq; dum omnes actiones, earumq; causas pertractauerimus. Quod vbi perfecerimus, non solùm maxima & difficillima Medicinæ pars nobis erit absoluta, verùm etiam quanta vis sit compositoriæ methodi facilè apparebit. Definitiuæ exemplum optimum extat, & perfectissimum apud Galen. in libro, cui est titulus, Ars Medicinalis, quem in hac schola bis publicè exposui: Quare non est necesse, vt alijs exemplis commemorandis, institutum nostrum differamus.

Ordo compositorius à simplicib. per ἀνάλυσιν inuentis initium sumit.

CAPVT VI.

DE ELEMENTIS.

IN corporis humani resolutione, sensui vltima ac simplicissima inueniuntur partes similares: at ratio longius progreditur, depre-

Constitutio artis Medicæ per σύνθεσιν.

deprehenditq́; alia elementa simila...
simpliciora: de quibus nunc, cum ...
torum ordinem instituerimus, prim...
bis tractandum est, ac diligenter ...
strandum: quae & quália illa ele...
sint, hoc est, simplicissima corpora, ...
rumq́; partes, ex quibus primis, ...
corpora constant, & generantur, ...
quomodo, cum intereunt, resoluuntur ...
verò inutilis est haec de elementis ...
gris, sed ad cognoscendum similarium ...
rium naturam, earumq́; sanitatem ...
bus, inprimis necessaria.

Vtilitas doctrinae elementorum.

Est autem similarium partium ...
re etiam studiosè cognoscenda, cum ex ...
strumentariae partes componantur ...
corporis moles coagmentata sub...
cuiusq; autem instrumenti composit...
vna semper est pars similaris, a qua ...
milari, primùm ac praecipuè tota act...
cissitur. Reliquae autem partes, ...
ls structura, quae in certo num...
gnitudine, figura, ac situ consi...
runt, hanc vsum tantum praestant, ...
praecipuè partis similaris actionem...

In quolibet instrumēto vna similaris pars, actionis praecipua causa.

nent, ac perficiant. Similaria hæc in corpore reperiuntur, Cutis, Caro, Vena, Arteria, Neruus, Membrana, Tendo, Ligamentum, Os, & præterea alia quædam, quæ tamen partes dici non possunt, vt Humores, Spiritus, Lac, Semen, Medulla, Adeps, Pili, Vngues. Hic igitur non illud quæritur, An quomodo enumerata, ex materia & forma constent: hæc enim prima physica principia cum singula seorsum non subsistant, nec corpora omnino sint, nec corporis elementa dici possunt, sed illud quæritur, An aliqua prima sint & simplicissima corpora, quæ sensum effugiant, ex quibus similarium substantia consistentur, tum vnum ne sit an plura, & si plura: qualia, quot, & quæ sint, & quis sit eorum in compositione vsus? Auicennæ placet vt Medicus Physico credat, & ab eo demonstratum accipiat: Quod quatuor sint inferiorum corporum omnium elementa: IGNIS, AER, AQVA, TERRA. Sed cũ Medicus etiam sit Physicus, & ipse dogmata sua demonstrare cupiat, ignaui certe est, illud velle credere, quod demonstrari facile potest.

Partes similares.

Vbi desinit Physicus, incipit Medicus.

Medicus artifex est consultus.

CAPVT VII.

DEMONSTRATI
non vnum, ſed plura eſſ
Elementa.

*PRimum itaq; non vnum eſſe El...
tum, ex quo hæ multiplices ſimil...
partium formæ exiſtant, certum eſt. ...
enim vnum eſt, idem quoq; immu...
eſt, neq; enim habet à quo, & in qu...
tetur: Quod autem immutabile, ide...
que impatibile, & inalterabile. A...
lares corporis partes mutantur, &...
rantur, dolore enim & morbis affici...
Dolor enim ſenſus eſt rei alienæ, n...
lem ſtatum in eum, qui præter na...
eſt, mutantis: Quare cum mutari c...
ea quæ dolent, certum eſt, ea ex v...
conſtare. Si quis cum Epicuro, An...
ra, & cæteris contendat, Elementum
vnum ſpecie eſſe ſtatuitur, extra g...
tionem quidem impatibile, & immu...
eſſe, In ipſo verò concurſu & concret...
patibile, atq; etiam interdum ſenſi...*

Vnum ἀπαθὲς.

Immutabile eſt impatibile.

Dolor quid?

r.

ri, iste experientia facilè potest confutari, vt Cic. lib. 1. de finibus idem demonstrari facile posse, docet. Si enim vnum aliquod, siue atomus, siue lapis, siue pilus, vel numero etiam plura, per se insensibilia sint, nec sensum habeant, nec si simul colligantur, sensum habere possint, neq; aliud diuersi generis reperiatur in generato quàm prius fuit in elementis. Iam verò vt corpus ex vno constans elemento, dolere & ægrotare fingamus: tamen quemadmodum à simplici sua natura, non nisi vnam haberet doloris & morbi causam, ita non nisi vno remedio iuuaretur, atq; ita Medicina nulla esset ars. At vsus quotidianus ostendit, corpora interdum refrigerata, interdum calefacta, vel in alias temperaturas collapsa, dolere & ægrotare, ijsdémq; alijs atq; alijs remedijs succurri. Quare si & plures morbi, morborumq; remedia existunt, quibus affici similaria contingit, constat ea ex vno simplici elemento non constare: Quando igitur plura elementa esse demonstratum est, qualia ea sint proximum est, vt videamus.

Demonstratio Elemẽta mutari.

Si vna tãtum morbi causa, vnicum etiam tantum erit morbi remedium.

CAPVT VIII.

QVOT ET QVALI
sint Elementa.

QVemadmodum quod vnicum &
quex est, omnino ad agendum pa
diendique ineptum est, nec diuersarum
rum elementum esse potest: ita quoq;
nisi agendi patiendiuè facultatem ma
habuerint, elementa dici non possunt.
Elementa oportet sint contraria. *unam enim formam non constituent,*
se mutuo seruabunt, & conseruabunt:
similaria, quorum nunc elementa
rimus, non vnius sint generis, sed
sensibilia: partim sensus expertia,
verò mutationi, alterationiq; obnoxia
nifestum certè est, elementa illa, ex
mixtione illa prodierunt, mutabilia
** Physicorum communis est sententia.* *esse oportere. At mutabilia esse non*
nisi contrarijs qualitatibus & subie
quæ mutationes susciperent, præd
Corporum elementa contraria esse debere. *sunt. * Porrò cum in quauis genera*
sub eandem formam mutari co
oportet; valentissimas esse qualitat

[illegible]
[illegible]
[illegible]
gere[illegible].

[illegible]
[illegible]
[illegible] Quemadmo-
[illegible] est pro reliquis
in [illegible] corporeis, ita qualitates, quæ i-
[illegible] propriè [illegible] sunt corpo-
[illegible] & [illegible]. Ex quo tam
[illegible], eas qualitates [illegible] formæ
[illegible] oporte-
re. Cæterum cum multæ sint generâ
subiectorum corporum [illegible] in-
[illegible], quæ illæ sint, quæ ad efficere quæ-
tis considerandum est. Sunt autem tan-
tum illæ quatuor: Caliditas, Frigiditas, Qualita-
Humiditas, Siccitas, quæ propterea etiam tes [illegible]
[illegible], id est actiuæ propriè appellan- [illegible]
tur. Caliditas quidem & frigiditas o-
mnium sunt efficacissimæ, Humiditas ve-
rò & siccitas segniores, id est, longiori tem-
poris spatio agunt, cum tamen materialis
substantijs etiam seruiant; superiores

rectè

recte annumerantur. Reliquæ tactiles

Secundæ qualitates.

litates, vt Mollities, Durities, Tenu
Craßities, Aßperitas, Leuitas, etsi cor
bus alterationem quandam inducunt
men per totam substantiam eam non
tendunt. Lignum dissectum, leuiga
vel asperatum, manet lignum: si co
ratur, mutatur in aliud, nec amplius
lignum, sed cinis aut carbo. Nix di

Qualitates sua habent subiecta.

manet, nix, à calore liquata fit aqua.
terum cum qualitates separatim ext
pora non subsistant, nec sine corpori
neratio fieri queat, manifestum fi
menta corpora esse debere, quæ mo
qualitatibus actiuis sint prædita.

Demonstratio quatuor esse elementa, & non plura nec pauciora.

cum huiusmodi sint infinita, nec in
elementorum numerus existat, ea
elementa constituenda sunt, in qu
mæ hæ qualitates actiuæ non rem
intensissimæ reperiuntur, hoc est,
summum calida sunt, frigida, hum

4. prima elementa.

sicca: Sunt autem IGNIS, AER,
TERRA. Cum enim ignis omni
ruptibilium & generabilium ca
sit, Aer humidissimum, Aqua fr

mum, Terra siccissimum, non solùm similarium corporis nostri partium, sed earum omnium, quæ generationi corruptioniq; obnoxia sunt, elementa rectè censentur.

II. *Alia demonstratio*

Potest verò hoc ipsum alia quoq; ratione demonstrari, hoc modo: Omnia mixta corpora, quæ orbis Lunæ ambitu continentur, ad terram tanquam ad proprium suũ locum grauitate sua deferuntur, partem ergò aliquam atq; adeò magnam terræ possident. Quia vt Cicero ait, Nihil capacius similium quam natura. Terra autem cum siccissima sit, concrescere atq; congelari nequit sine humore. Aquam igitur terræ admisceri oportebit. Transmutatio atque generatio fieri non potest, nisi ex contrariis, & per contraria: reliqua igitur duo elementa, Aërem videlicet & ignem crassioribus opposita accedere, necesse erat.

III. *Demonstratio quatuor esse elementa.*

Non inepta quoq; fuerit hæc demonstratio, seu potius inductio:

Similaria generantur ex semine,
Semen ex humoribus,
Humores ex alimento.

Alimentum ex animalibus quæ ... pibus nutriuntur, vel ex ... uijs.

Stirpes ex iam quatuor elem ... vltimum sic deinceps proba...

Stirpes ex quatuor elementis oriri.

Stirpes vel plantas ex terra, aqu... mediata nutrimentum suum hauri... sus ducent, & nisi ad lutum illud igni... accederet, qui ipsum coqueret & ... ret, per se stirpes terra nullo modo nu... At ignis non consistit, nisi pabulo su... est, nisi aëreo, non aqueo, humido ... tur, aëreas igitur quoq; partes ad... necesse est, Atq; ita alimentum ... præparari quatuor elementorum ... temperatum. Animalia sanè quæ ... aquis viuunt, quibus vberior con... tatis calor, omninò huius caloris ali... ex aëre sumere cernuntur. Pisci... quibus minus tum caloris, tum ... inest, pro aëris inspiratione, aqu... vtuntur, eoq; refocillantur: Hæc ... qua sincera non est, sed terræ, aëris ... gnis particeps. In summa de terra ... qua, quoniam crassiora sunt, quæ ...

corporibus nostris minimè dubitatur. Sed aer & ignis his ita referuntur, ut nihil sit in hac rerum natura quod non ad quatuor illa sit referendum. Ex illis enim omnia nascuntur. Alia quidem proximè, & immediatè, alia quadam serie, multorumque corporum formis intercedentibus.

Corpora, ad interitum deducta, resolvuntur in ea, quæ modo dicta sunt elementa: Quare ex iisdem quoque consistere & generari res, affirmari potest. Natura enim ita est comparatum, ut inquit Hippocrates, ut, unde singula ortum habent, eodem, cum intereant, referantur. Et elementum definitur esse id, quod cuiusque composito inest primum, & in quod ultimum resoluitur. Porrò corpore intereunte, spiritus substantia partim in igneam, partim in aeream substantiam ac regionem migrat. Humores aquei fiunt vel aerei, qui medius inter aqueam & aeream naturā existit. Solidæ corporis partes humore destitutæ in cinerem vel terram abeunt. Quando igitur per corruptionem in hæc e- IIII. Aliud à natura corruptionis. Elementū quid?

lemen-

lementa vltima fit resolutio, manife[st]
est, prius ex illis corpora constitui.

CAPVT IX.

DE PRIMIS QVAL[I]tatibus quæ in singulis E[le]mentis excellunt.

DEmonstratum nunc est, corpora
quæ quatuor primas qualitates, (
ditatem, Frigiditatem, Siccitatem
miditatem, summas, & nihil remiss[a]
formas, obtinent, reliquorum omniu[m]
menta esse. Etsi autem hæc, quæ a
cernuntur: Ignis, Aër, Aqua, Terra
omnino simplicia corpora, nec qualit[atibus]
illis summis sint prædita, ac propter[ea]
cera elementa dici non possint: tam[en]
ad sincerorum elementorum natur[am]
ximè accedunt, elementa ea appella[re]
dubitamus. Sinceram certè terram [ad]
di centrum, & ignẽ sincerum ad ca[...]
cauum reperiri verisimile est, & [...]
nis physicorum opinio obtinet: Aër [...]

Elementa nostra sensilia non sunt pura.

qua, quæ in medijs spatijs interiecta sunt, extremorum communiore impuriora fiūt. Sed naturæ consentaneum est, impura omnia ex puris, imperfecta ex perfectis manare. Quod ad proprias singulorum qualitates attinet. IGNIS SINCERVS omnium quæ generantur & corrumpuntur, calidiss. quæ adiuncta est ei, SICCITAS, summum gradum sui generis non obtinet. Terra enim omnium rerum maximè est sicca.

IGNIS calidiss. siccus.

TERRA siccissima.

CAPVT X.

CVR IGNIS MAGIS quam terra corpora siccare videtur.

QVod ignis magis quam terra corpora siccare videtur, id fit per accidens. [Sicc]itas enim humiditati non est contra[ri]a: quare eam qualitatem, quæ humida [di]citur, non immutat, sed humidam sub[st]antiam, vtpote molliorem, dissoluit, atq; [i]n sicciora corpora relinquit. Quemadmodum

Per accidens ignis corpora magis siccat quam terra.

modum apparet in thermis, quae dum
riorem ex corporibus sudorem elici
liditate sua ea siccare dicuntur:
qualitas terrae adiuncta frigiditas est
ea non est summa. Summa enim

AQVA frigidiss.

tas aquae propria est, cui adiuncta
miditas, sed infra summum grad

Aër humidiss.

sistens. Humidiss. enim aër inter
rectè censetur, quanquam qui sen
cium sequi volet, aquam aere hum
esse pronunciabit: quod & Galen
ristoteles alicubi dixisse videntur

Sensus iudicium saepe fallax.

fallax hic, ut saepè alias sensuum iu
est, propterea quod id, ab eo, quod pe
dens existit, non discernit, ut pau
demonstrauimus, cum IGNEM
quam TERRAM exiccantem
Et quòd aqua corpora madefacta
diora apparent, quam quae in aere
tur etiam humidissimo, cuiusmodi
nis & aequinoctialibus temporibus
fuerint, Id ideo fit, quod hum
aquea in crassiore substantia
dum in corporibus recepta est,
immoratur, ac diutius ea adjicit,

quæ tenui aeris substantia prædita est: quemadmodum eandem ob causam candens ferrum magis urit, quàm flamma, cum tamen non minor, imo maior sit aeris, quam ferri accensi fervor. Quare de humido & sicco iudicium fieri non benè committetur, nisi prius caliditatem & frigiditatem, item densitatem & raritatem, crassitiem, ac tenuitatem ab iis ratione submoueris.

Cum igitur de aeris humiditate disputamus; recta ratio seu demonstratio consulenda est, quæ indicat illud esse humidissimum, quod proprio loco minimè continetur: sed per omnia sese diffundit, ac insinuat. *I. Argumentum.* *Aërem humidiss. esse.*

Præterea cuius substantia quibusuis facilè cedit mutationibus, atque ad quamuisque qualitatem se promptissimè accommodat, hæc certè omnia aeri competunt, [illegible] verò cum reliqua elementa suis ferè locis perpetuò [illegible], solus aer sursum [illegible]tur, atque ignis [illegible] fit [illegible], & in abditissima terræ viscera absorbetur, ne quid ibi vacuum existat, & aquæ plurimus *II. Argumentum.*

mus

mus permiſcetur, quo & piſces viuunt, aqua ipſa nutritur, inflatur & ſpumat.

III. Argumentum.

Huc & illud accedit, quod qu[illegible] alterationes facilimè ſuſcipiat, calid[illegible] nim facilè ſit frigidus, & frigidus cal[illegible] humidus ſiccus, & ſiccus humidus, certè igni quamuis tenuiſsimo, nih[illegible] buere poſſumus. Neq; enim per omn[illegible] funditur, neq; alias qualitates ſuſcip[illegible] ſemper calidiſsimus & ſiccus manet, terræ tribuere talia poſſumus, quæ e[illegible] le fieri poßit, & humectari, ſiccitate[illegible] men quandam ſemper retinet, proxim[illegible] tem ad aëris naturam accedit A[illegible] quare etiam ſecundo loco humidam eſſe conſtituimus: Poſt aërem enim [illegible] mè alteratur, ac quamuis incaleſc[illegible] miditatem tamen parem ſemper [illegible] Hæc de aëris humiditate dicta ſuff[illegible] Altera remiſſa qualitas quæ ſincero [illegible] Philoſophis tribuitur, caliditas eſt. [illegible] nim aër elemētum terræ oppoſitum, [illegible] admodum ignis aquæ, quare & qu[illegible] bus præditum eum eſſe oportebat, q[illegible] ſent terræ qualitatibus maximè cont[illegible]

C

CAPVT XI.

QVOMODO ELEmenta inter se misceantur.

Mixtionis vocabula ad ea propriè accommodantur, quæ diversa cum sint, ac contraria, & viribus quodammodo paribus prædita, ita inter se penitus secundũ minimas partes confunduntur, ut ex pluribus illis unum quiddam atq; idem constituatur. Aqua aquæ addita, non rectè misceri dicitur, diversa enim & contraria ibi non concurrunt, nec in aridorum, ut in diversorum pulverũ, Aeruginis, Cadmiæ, Lithargyri, & similium quantumvis levigatorum, confusione naturalis mixtio e[illegible]rit. Quælibet enim mixti particula, [illegible], sed est potius exiguum [illegible] quoddam: Sic [illegible] a a-[illegible] permixta [illegible], v-[illegible] & [illegible] substantias illæsas atq; integras retinent, & facilè alterum ab altero separari possit. — *Mixtio vera.* — *Mixta unum fiunt.*

D Ac

Proportionata oportet sint.

Ac rursus si magno vini dolio pau[...] aquæ, aut cibum corpori adieceris [...] lem certè mixtionem non effeceris. [...] rumpitur enim hîc à potentia imbec[...] atq; in ipsius naturam penitus mut[...] quod ipsum quoque naturæ mixtion[...] maximè aduersatur, quæ requirit, [...] scibilia in agendo quodammodo sint [...] & vnum quoddam aliud, quam fu[...] us, constituant: Miscentur igitur p[...] quatuor elementa: diuersa enim cu[...] & sibi inuicem contraria, in se mu[...] gunt & patiuntur, proq; varia mix[...] ratione ac proportione, varias quo[...] multiplices, tum corporum, tum sim[...] partium formas constituunt. Cau[...] tem, qua mouente, grauia cum leuib[...] lida cum frigidis, & humida cum [...] ita coëant ac misceantur, Theologis [...] scripturæ testimonio, Dei creatori[...] bum: Physicis verò orbium cœlestium [...] in his planetarum ac syderum mo[...] radij, quibus etiam peculiaris vis mo[...] inest: Quemadmodum apparet in [...] solis radijs per fenestram illustrato. [...]

Quatuor elementa propriè miscentur.

Causa mixtionis efficiens.

nim primum quidem ignem, deinde, qui proximus igni est aerem, motu suo cient et cum inferioribus his elementis consociant.

CAPVT XII.

AN ELEMENTOrum formæ in mixtis maneant necne?

QVod queri solet, An elementorum formæ in mixtis maneant, satis nobis it, illud inter communem generationem, & elementorum permixtionem discrimen enere, quod in generatione accedente forma noua, ea quæ prius erat, ita corrumpitur, vt recuperari rursus non possit: Elementa autem secundum qualitates & subantias ita misceantur, vt integræ ipsarum rmæ ex mixtis rursus separari possint. Quare verior videtur eorum sententia, qui ffirmant, quantumuis multæ mixtorum rmæ generentur & corrumpantur, semer tamen elementorum formas, etsi alia q; alia proportione, in mixtis potentia

Corruptio vnius generatio alterius.

Elementorum formæ in mixtis manent.

manere. Verum quod Auerroes conte
substantias elementorum etiam m
καθ᾽ ὅλου siue totas siue per totas, ita
nimum vnius contingat minimum
rius, fractis formis, et refragatur Ari
les, solas qualitates totas totis miscer
que enim existimandum est, elemen
cundum substantias, in minimas, q
gitatione amplius diuidi non possint
tantum in exiguas partes diuidi: O
nim corpus dum corpus est, diuision
nitum, nec minimum omnino in
natura existit, quia omnium rerum
ralium est certa et praefinita quadam
titas, quae secundum habet longitudinem
tudinem & profunditatem: He
exiguae elementorum partes, cum
tuo se penetrare, neque eodem loco
possint, reliquum est, vt cohaeres
inter se intelligamus, sed contra
qualitatum pugna caussas atque
quoniam pristinas suas vires ex
queant. Qualitates enim dum m
καθ᾽ ὅλου, dum se se per vniuersam
tiam extendunt, seque mutuo retun

Refutatio sententiae Auerrois.

Quomodo elementa consistant in mixtis.

ad mediocritatem quandam redigunt: accidit mox singulare quoddam temperamenti genus, ac noua forma, fitq; elementorum diuersorum in unum atq; idem concretio. Temperamento verò rursus per interitum dissoluto, subiectorum elementorum partes, quasi iugo contrariarum qualitatum liberatæ, rursus in suas sedes restituuntur, pristinamq; naturam ac vires recipiunt.

CAPVT IIII.

DE SINGVLORVM elementorum in generatione officijs.

IGnis calore suo omnium elementorum efficacissimus est, in corporum generatione. Primum quidem suas & reliquorum elementorum substantias, quantum fieri potest, commiscet: Deinde partes eiusdem naturæ, quas Homogeneas vocant, congregat, & quæ substantia differentes sunt, quas ἑτερογενεῖς appellant, separat. Apparet id in vino musto: Cernimus enim caloris be-

IGNIS officia generationis.

I. Mistio

Os occipitis. *durius euadit. Eodem modo occipitis os parte, qua excarne est, valdè est crass Inferior autem ipsius pars explantan inserendisq; colli musculis, tendinibus ligamentis comparata, tenuis, dura, daq; efficitur, & superficie sua inæq insertionibus illis & explantationibus cilius se accommodat. Qua parte cum basilari committitur, & vna cum ipso exiguam basis portionem constituit, in angustium cogitur, & magis quàm vsq*

Ossa temporalia. *alibi crassescit. Ossa temporalia om*

an

durissima sunt, quare lapidosa etiam seu petrosa ea vocari diximus. Quatenus enim temporalis musculi cauitatem constituunt, attenuari ea necesse erat. Porro tenuitate, densitate, ac duritie compensari rursus oportebat. Quatenus verò auditorium meatum haec ossa sustinent ac muniunt, non solida modo esse, sed mediocrem etiam crassitiem habere conueniebat. Os basilare, quâ parte cum occipitis osse cõnexum, capitis basin constituit, omnium cranij ossium crassissimum apparet. Intus autem multis cauernulis plenum est. Processus eius, qui vtrinque temporum cauitates ingrediuntur, perindè vt ossa parietalia, & frontis os, inter quae medium locum obtinent, tenues sunt, ac solidi. *Os basilare.*

CAPVT XXI.

QVI PROCESSVS in ossibus cranij obseruandi sint.

INfrà in occipitis osse, ad magni foraminis latera, duo conspiciuntur capita, quae *Processus in ossibus cranij.*

prima vertebra sinibus intermediis, cuius articulationis beneficio, caput motu proprio, in anteriorem & posteriorem partem nutat. Ex ossis frontis utrinq; ad capitis latera, longus quidam processus exoritur, versus aures, qui iuncti simile processui ex maxilla superiori prodeunti occurrens, os illud conficit, quod à iugorum similitudine iugale, vulgo os paris nominatur. Hoc os nulla propria circumscriptione terminatum est, sed ex duobus processibus oppositis obliqua sutura coeuntibus conflatum, propagoque est ex ossis temporalis, cuius grande illud, quod in tempore est, cauitatem circulo redundans magis cauitatem. Tempora autem tam diligenter hos temporales musculos ossium munivit, quod eorum offensiones maximè sint periculosae, utpote quae febres, mentis alienationes, stupores, aliaque id genus mala, minimum rerum afferre solent? Nullus enim toto corpore est musculus alius, qui coniunctiori cerebro sic proximè sit, ac per partes intimas cum ipso communicet? Quinque enim inter-

Processus ossis frontis.

Os iugale unde conformetur.

Temporales musculi coniuncti cum cerebro.

tur

[illegible] ad [illegible] ap- [illegible] ex- [illegible] ca- [illegible] munitur. [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] ex quo id [illegible] quod [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] ex- planatur. [illegible] esse [illegible] [illegible] ex [illegible]

 cav-

cauitate validum musculum emittunt: qui, in ore dilitescens, inferiorem maxillam sursum trahit.

CAPVT XXII.

DE OSSE ODORAtus organum componente.

OS in ipsa frontis basi supra nares collocatum, Galenus alijs ossibus annumerat, Vesalius separat, ac ex eo octauum cranij os facit, à multis exiguis foraminibus, quibus cribri instar peruium est, Græci ἠθμοειδὲς, quasi dicas, cribriforme, appellarunt. Est enim hoc præcipuè ita ... ctum, vt nares subeuntes odores, ad cerebrum transmittant, quanquam per ipsa nimia quoque cerebri pituita euacuatur. Producitur ex eo septum illud, quod narium cauitatem diuidit: Similiter intra cranij spatio processus ille, qui sedes ... distinguit, quibus cerebri mamillares processus, in quibus odoratus organa sunt, ... periun

Os ἠθμοειδές.

Septum narium.

periuntur, & cui aduascitur, duræ membranæ pars illa, quæ dextram cerebri partem à sinistra separat. Ad olfactus organum pertinere etiam cauitatem illam, quæ inter duas laminas ossis frontis super ipsa supercilia apparet, aëre semper plena apparere solet.

CAPVT XXXIII.

DE AVDITVS ORgano.

AVditus organum non ita facilè explicari potest, cuius rationem Vesalius fatetur, se non satis percipere. Illud manifestum est, os temporale, qua parte crassissimum est, ac rupis instar æqualiter protuberans, ibi intus pluribus cauernulis plenum esse. (Os temporale.) *Quatuor autem foraminibus insignitum est, quorum ductus sunt valde obscuri: Duo foramina ad auditorium meatum propriè pertinent, reliqua duo deducendis vasis & quintæ coniugationis neruo parata sunt. Internum meatus au-* (Foramina ossis temporis quatuor.)

[illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] Vesalius duo [illegible] ossicula in hoc organo descripsit, Malleum [illegible] in [illegible] crassissimum & [illegible] Incudem, quae [illegible] & [illegible] [illegible] stapes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Membrana [illegible] auditorij.

Malleolus. Incus.

Stapes.

CAPVT XXIIII.

DE RELIQVIS cranij foraminibus.

IN [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quorum diligens

diligens obseruatio [illegible] *, ut* [illegible]

[illegible]

memoria [illegible]

[illegible] *parte* [illegible]

[illegible]

[illegible] I Foramen

[illegible] I Perfo-ratum.

[illegible] I Par-

[illegible]

tur

tur autem hic neruulus in temporalem musculum, & eum, qui in ore descendens, maxillam inferiorem sursum trahit. Quod proximum inde sequitur foramen,

4 III. par. *oblongo circulo non absimile, tertiæ coniugationis crassiorem radicem transmittit. Huius nerui maior portio in linguam inseritur ipsiusq; tunicam constituens, gustatorium instrumentum efficit, minor verò instar capreoli vitis torta, in temporalem & mansorium musculum, in buccam, & inferius labrum, item, in faciei cutem, inferiorum dentium gingiuam, & dentes ipsos variè digeritur.*

Neruus gustatorius.

IIII. par. *Per idem hoc foramen quartæ coniugationis neruus, totus elabitur, & circa palatum variè partitus tandem in tunicam ipsius degenerat, tantò linguæ tunica duriorem, quantò & munus ipsius durior est & posterior.*

5 *Succedit angustum & rotundum foramen, quo*

V. par. *portio quædam internæ iugularis venæ cranium ingreditur. Quintæ neruorum coniugationis crassiorem radicem, partim in auditorium meatum distribui, partim per cæcum foramen in temporalem musculum*

lum, longo & vario ductu peruenire, antea annotatum est. Prima ossi basilari ac 6
temporali communis est via, qua pituita è cerebro ad palatum ducitur, & inter spirandum aer in caput attrahitur: Regulariter enim cerebri pituita, in cauitatem quandam colligitur, ex tenui membrana, infundibuli forma extractam, quam peluim nominant. Inde deorsus in glandulam defluit, quæ basilaris ossis sinui, equinæ sellæ formam referenti, incumbit. Ex hac porrò glandula, duo utrinq; ductus exporriguntur, quorum unus in anteriorem partem vergens, pituitam in oculi sedem per illud foramen deducit, quod secundo loco paulo antè commemorauimus: Alter posterior in palatum per rimam de qua nunc agimus. Sub medio dicto sinu ossis basilaris, qua parte crassissimum apparet, duæ magnæ cauernæ sunt tenui quodam osse distinctæ, quæ deinceps foraminibus quibusdam in nasi amplitudinem terminantur, 7
atq; inde aerem recipiunt. Amplum foramen, quod in temporalis & occipitis ossis commissura media relinquitur, internæ

Prima ossis basilaris amplit.

Cauernæ narium.

su

VI par. Ex parte sextae coniugationis neruus vnus [illegible] [illegible] excurrens, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Neruus re-currens. [illegible] recurrens dicitur [illegible]

[illegible]

VII par. [illegible] [illegible]

[illegible]

CAPVT XXV.

DE MAXILLA SV-periore.

Maxilla superior ex multis ossibus. Tota maxilla superior constat [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]
[illegible] vit, eius sedis in
[illegible] cuius [illegible]
[illegible] vero, qui instar coni
[illegible]
[illegible] variè intorta, quæ [illegible]
[illegible]

mode-

moderatè per nares eat. Superior hæc maxilla propter ossium tenuitatem, cutis carnisque, qua tegitur, mollitiem, & frequentes fluxiones a cerebro in ipsam decumbentes, morbo gallico, alijsque malignis vlceribus magis est obnoxia.

CAPVT XXVI.

DE MAXILLAE superioris foraminibus.

Foramen, quod in quarto osse max-
sub inferioris palpebræ sede consp-
tur, partem minoris radicis tertiæ co-
gationis neruorum, in genas superiores
bri, & alarum nasi musculos transm-
Eiusdem radicis alia quædam portiu-
la, per exile quoddam foramen, qu-
supercilio apparet, in musculosam fro-
cutem digeritur. Foramen amplum, q-
ad secundum maxillæ os collocatum
interno oculi angulo, in aurium cau-
tem rectà deorsum tendit, & ipsam qu-

ad

dictæ modo radicis minoris neruus viam præbet: Nonnihil etiam pituitæ ad oculum defluentis in palatum deducit. Huic caruncula quædam præest, ne quid pituitæ in genas defluat. Cæterùm pituita, quæ id præstat ex intima oculi sede, per angustum quoddam foramen in osse basilari insculptum, ita reconditè fluit, vt in eius conspectum non veniat. Foramen illud oblongum, quod inter os basilare, & quartum maxillæ medium, versus anteriora procurrens, in oculi sede maximum apparet, tertiæ & quintæ coniugationis neruulum ad musculum temporalem transmittit, ipsum quoque musculum amplexu suo non mediocriter firmat. In anterioris palati medio ad alterius quarti ossis cum altero commissuram, post incisorios dentes, exiguum foramen extructum est, per quod palati tunica cum ea connectitur, quæ internum narium spatium est obductum. Ad finem palati, in sexto osse, supra vltimi dentis alueolum, vtrinque simplex, interdum duplex foramen conspicitur, per quod pituita ex oculo ad palatum defluit.

Caruncula in angulo oculi.

CAPVT XXVII.

DE MAXILLA INferiore.

Maxilla inferior, vno integro osse co[n]stat: Animalibus quibus longa a[cu]ta rostra sunt, duobus constat ossibus, [in] summo mento coëuntibus. Est autem [h]aec maxilla omni ex parte valida, quod [cum] in capite mobilis, validis motibus exerce[]atur: Ne verò soliditas grauitatē afferr[et], intus caua ac medullosa facta est, poste[rio]ri parte, sub processibus latior ac tenu[ior] est, anteriori vero, qua dentium alueo[s] producit, crassior, sed senibus, quibus d[en]tes exciderunt, & alueoli concreuerun[t], gracilior quoq; efficitur. Posteriori pa[rte] notandi vtrinq; processus sunt, quorum [prio]r acutus & valdè tenuis, temporalis [mu]sculi tendinē recipit, posterior in capit[ulum] finit, quod sinui, qui inter os iugale [&] externum auditorij meatus foramen, [me]dius est, inarticulatur. Obseruandum [au]tem in hac articulatione illud singular[e]

Maxillæ superioris gemini processus.

cs

est quod inter duas communes cartilagines, quibus aliorum quoque ossium sinus capitaque obducta sunt, hic tertia quædam cartilago est interposita, mollis, ligamentosæ naturæ, quæ tamen ligamentis articulum ambitu suo continentibus annexa, aliarum cartilaginum commoditates auget, facitque ut validiores maxillæ motus mollius sustententur. Anterior maxillæ pars mentum dicitur, cuius interna externaque superficies, musculorum causa, quos recipit, inæqualiter exuberat. Sunt etiam utrinque in hac maxilla duo foramina, quorum unum interiore sede prope ipsos processus, collocatum, neruum a tertia capitis coniugatione exortum, in radices dentium, una cum venulis & arteriis deducit. Huius deinceps nerui pars altera minori foramini, quod exteriore sede prope mentum apparet, in labium inferius distribuitur.

Mentum.

Nerui in radices dentium inserti.

CAPVT XXVIII.

DE DENTIBVS

Dentium usus.

32. numero dentes.

DEntes [illegible] dinandi tempore magnum [illegible] Sunt autem [illegible] 32. in qualibet maxilla 16. quorum primores quatuor dicuntur [illegible] & incisorij [illegible] [illegible]

Incisorij.

Canini. Molares.

[illegible] quorum [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] & [illegible] possunt. [illegible] γομφίους appellant [illegible] Incisorij & Canini [illegible] singulis [illegible] radicibus [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] superioribus radicibus [illegible] nam tres posteriores duabus, duo reliqui una tantum radice constant. Communi[illegible] tamen [illegible] qui genuini dicuntur; & post pubertatis annos primum erumpunt, paucioribus radicibus niti solent, quam proximè praecedentes. * Radices autem [illegible]

Γομφίοι.

Genuini.

** Variant radices dentium.*

dium

diuersis corporibus saepe variant, et modo tres, modo quatuor in vno dente inueniãtur. Inter ossa soli dentes sensu praediti sunt, quem accipiunt à tertia coniugatione neruorum, per intimam maxillam disperso, ipsorumq; radicibus infixo. Galenus ipse, sensisse se in dentibus phlegmonosam pulsationem, testatur. Dentes omnes conspicuam satis cauitatem habent, quae & breuiores ipsos facit, & medullam, qua nutriuntur, seruat. Cum continuo atteri eos necesse sit, tamen semper suam magnitudinem seruant. Longius autem excrescunt hi, qui oppositos non habent, quibus occurrãt, quod satis euidens indicium est, nutriri ipsos atq; augeri. Puerorum dentes, molles ac medullosas radices habent, quodque in illis extra gingiuas extat, appendix est radicis in gingiuis reconditae. Facile autem pueris dentes rursus succrescunt, cum ablata sola appendice radix remansit. Quare radicem in pueris eximere à ratione alienum est, si vero dentes eorum vitiari contingat, satius etiam tum est, eximere appendices maturè, priusquam radicibus

Sentiunt dentes.

Nutriuntur.

Cur pueris dentes recrescant.

firmius connascantur, abrumpere, quam vnà cum radicibus euellere.

CAPVT XXIX.

DE OSSE

ὑοειδοῦς.

λαμβδοειδὲς. ὑψιλοειδὲς.

OS à figura ὑοειδὲς dictum, etsi ex pluribus ossiculis compositum appareat, vnius tamen ossis nomine censetur. Situm est inter λαρυγγα & linguam, nec vlli alteri ossi est contiguum, medio suo sinu, mediam linguam attingit, vtroq; vero cornu processibus στυλοειδέσι, mediantibus ligamentis & musculis, annectitur. Linguæ

Vsus.

& λάρυγγος musculos sustentat, ac vicissim ab ipsis ita sustentatur, vt positionem suam nullo modo mutet, aut suo loco dimoueri queat.

CAPVT XXX.

DE SPINA.

HActenus capitis ossa explicauimus, quod constat cranio & vtraq; maxilla:

la.

la cranio subiecta est spina, quæ reliquorum omnium ossium veluti fundamentum habetur. Quare anatomici plerique carinæ nauis eam comparari rectè putarunt. Constat autem spina vertebris 24. & osse sacro. Septem supremæ vertebræ collum constituunt, duodecim sequentes, quibus vtrinque duodecim costæ innituntur, thoracem & μετάφρενον. His succedunt quinque lumborum vertebræ: quibus deinde tamquam basis substratum est os sacrum, quod & latum & amplum nominant, sex quidem ossibus compactum, sed ita per σύμφυσιν in adultis connexis, vt non facilè separari queant. Ossi sacro porro attexitur appendix illa, quæ κόκκυξ nominatur, ab auis illius similitudine. Extruitur autem quatuor paruis ac solidis ossiculis, quorum postremum anum, seu intestini recti extremum attingit. Spinæ præcipuus vsus est, quod in ea conseruetur ea cerebri propago, quæ spinalis seu dorsalis medullæ nomen obtinuit: Estque veluti alterum cerebrum.

Spina & usus. *Vertebræ 24.* *Colli vertebræ 7.* *Thoracis 12.* *Lumborum 5.* *Os sacrum.* *Os κόκκυγος.* *Alius spinæ usus.*

Triginta enim neruorum paria ex ipsa ori-

Triginta neruorum paria.

oriuntur, quæ partibus sub capite locatis, sensum ac motum voluntarium præbent.

Si verò morbo aliquo fuerit adfecta, is inferioribus omnibus communicatur existuntque symptomata vitiati cerebri non dissimilia.

Vertebræ. Vertebræ omnes, excepta prima, leues sunt ac rotundæ, ac veluti orbiculi sibi inuicem superpositi, columnæ figuram exprimunt: Vndè & σπόνδυλοι græcè dicti sunt.

Foramina Vertebrarum. Exteriori verò sede, foraminibus & processibus multis exasperatæ sunt, vn[de] & spinæ nomen inuenerunt. Ampla & r[e]cta vertebrarum foramina, quæ à cra[nio] vsque ad ossis sacri extremum, vnam qu[asi] vaginam longam efficiunt, receptacu[la] sunt spinalis medullæ.

Triginta neruorum foramina. Minora verò foramina, quæ ex co[n]cursu duarum vertebrarum producta t[ri]ginta neruorum paribus ad partes ca[pite] inferiores viam præbent.

Processus Spinæ. Processus in medio dorso extan[t] præcipuum munimentū sunt reliqui v[er]tebrarum corporis & spinalis medullæ [,] proprio suo etiam munimento, carti[lago] quædam obnascitur.

Tra[...]

Transuersi processus etiam pro munimento quodam sunt, sed magis fulciendis musculis & firmandis costis sunt parati. *Processus transuersi.*

Superiores vertebræ mole quidem sunt graciliores, & media foramina habēt ampliora: Inferiores contra: Inferiores enim superiores vertebras sustinent: mole igitur maiores esse conueniebat. *Superiores vertebræ inferioribus minores.*

Cum autem spinalis medulla initio amplior sit, descendens verò gignēdis neruis paulatim attenuetur, ampliora loca suprà quàm infra exigebat.

Ex multis huiusmodi vertebris, spinam, quasi vnum corpus esse conformari, melius erat, quàm ex vno longo continuo osse, quod hæc structura, vt in cranio ostendimus, externis iniurijs minus sit obnoxia. *Ex pluribus ossib9 quare spinæ composita sit.*

Est etiam ad multiplices illos motus necessaria, quos & curuatos & erectos nos obire oportebat.

Colligantur vertebræ internis quidē sedibus, membranis, ligamentis, & cartilaginibus, inter orbiculares ipsorum nodos collocatis: Posterioribus autem sedibus, per processus sursum ac deorsum ductos, com- *Connexus vertebrarum.*

committuntur, ea articulationis forma, quam γιγλυμὸν appellari diximus, vtraq; enim pars, supra & infrà processibus, ac sinibus sibi inuicem implicantur, excepta prima, & secunda vertebris, quæ tum inter se, tum capiti validis membranis connectuntur.

Cur laxior posterioris quàm anterioris spinæ articulatio.

Est tamen posterioris spinæ articulatio multò laxior, quàm anterioris, quia oportebat dorsum in anteriora flecti: In posteriora flecti, neq; vtile, neq; ad vitæ vsum commodum erat, neq; tutum. Magna enim vena & arteria, quæ interiori spinæ incumbunt, nimium sic tenderentur, idque non sine ruptionis periculo. Præsens igitur articulatio commodissima est, & luxationibus minimè obnoxia.

Vertebrarum luxatio.

Quod si tamen luxationem fieri contingit, minus periculosa est circularis, cum videlicet plures vertebræ ordine sequentes loco mouentur, quemadmodum in gibbosis fieri videmus.

Angularis verò luxatio, cum vna tantùm vertebra loco mouetur, lethalis est, validè enim spinalem medullam compri-

mi, &

mi, & conclusionem sequi, necesse est.

CAPVT XXXI.

QVID VERTEBRIS colli sit peculiare.

VErtebrarum colli transuersi seu laterales processus, soli sunt foraminibus peruij, per quæ venæ, & arteriæ ad spinalem medullam, et sursum ad cerebrum nutriendi causa deducuntur.

Prima vertebra, spinali medullæ, quam continet, respondens, reliquas amplitudine superat: Anteriori parte, sinu quodam est excauata, quo secundæ vertebræ processum, quem nominant dentem, recipit. *Dens secundæ Vertebræ.*

Augetur eodem loco etiam tuberculo, ne sinu illo exculpto nimium extenuetur, & vt inserendis musculis sit locus, quæ etiam causa est, cur transuersos processus latius extendant.

Sinus, qui vtrinq; in superiore ipsius parte conspiciuntur, occipitis tubercula excipiunt, & super hac articulatione, caput

Motus capitis proprius.

put proprio motu antrorsum & retrorsum flectitur, quemadmodum ad secundæ vertebræ dentem, tanquàm ad axem proprio motu circumducitur: Ad latera non mouetur, nisi per accidens unà cum collo.

Thoracis vertebrarum processus.

In thoracis vertebris consideranda sunt transuersorum processuum sinus, costarum, quas excipiunt, capitibus proportione respondentes.

Lumborum vertebræ, vt grandiores sunt, ita processus habent sursum deorsumq; ductos insigniores, & neruorum foramina, superiorum vertebrarum sinibus altius sunt insculpta. In collo omnia sunt dissimilia.

Thoracis vertebræ, vt collo vel lumbis sunt viciniores, ita illorum quoq; vertebris sunt similiores.

CAPVT XXXII.

DE OSSE SACRO

ὅτι ὑποσπονδύλιον τινὲς καλοῦσι.

OS sacrum, vt anteà diximus, sex constat ossibus, quorum connexio anterior

teriori sede, quæ planum est, satis est conspicua, posteriori verò deprehendi non potest.

Habet autem hoc os etiam cauitatem illam, in qua spinalis medulla reconditur, & foramina educendis neruis parata, processus autem plus posteriores, minores sunt processibus superiorum vertebrarum, atq; crassiores, quæ sunt inferiores.

Tertius ossis sacri externa superficies Figura ossis sacri. *conuexa est, interna verò concaua, vt partes in inferiore ventre locatas, intestina videlicet, vesicam, & mulierum vterum, commodius excipiat ac contineat.*

Admonet autem huius ossis figura, mulieres inter pariendum, non rectè supinas collocari.

Os κόκκυγος quatuor constat ossiculis, quæ ideo solida nominantur, quod nihil Os κόκκυγος. *contineant spinalis medullæ. Sunt autem aliquanto rara substantia.*

Vltimum quod summum est, ad modum gracile est, & in cartilaginem desinit, quæ impressiones contusionesq́ue, mollius excipiens, efficit ne quæ fractura ad sedes perueniat.

CAP.

CAPVT XXXIII.

NERVORVM SPInalis medullæ distributio.

Nerui ex vertebris colli producti.

NErui ex colli vertebris prodeunte. primum, in primos vertebris adna tos musculos distribuuntur, Deinde quarto, quinto, sexto pari, producuntu surculi, qui vnum neruum constituunt septo transuerso proprium: Præterea e quinto, sexto, & septimo colli, item prim & secundo thoracis pari, varius quida fit neruorum contextus, à quo deinceps insignes nerui, in brachij musculos & tem protenduntur.

Nerui vertebrarum thoracis.

Nerui ex thoracis vertebris produ primò etiam ramis quibusdam illis mus lis se insinuant, qui in dorso positi, ipsa vertebrarum processibus annectuntur. dè circulatim ad thoracis abdominisq; dinem progressi, singulis costarum interu lis, singulos ramos distribuunt, atq; ita solùm in intercostales musculos, sed eti

ina

in eos, qui thoraci intrinsecus incumbunt, & ἐπιγαστρίου siue abdominis musculos & cutem ipsam disperguntur.

Nerui lumborum. *Simili porro ductu, & lumborum nerui, primum in proximè obuios musculos disseminantur, tum verò femicirculi etiã figura, ilia vsque ad abdominis medium comprehendentes, iliarum partium musculos inuestiunt: Verum à primo lumborum pari, paruæ quædam propagines, cum arterijs seminalibus ad testes deducuntur. A quatuor verò inferioribus lumborum vertebris, nerui etiam oriuntur, qui ad femoris musculos pertinent.*

Oßis facri nerui. *Ab oßis facri verò quatuor primis vertebris prodeuntes nerui in vnum neruum coeunt, qui omnium facilè maximus, in crus deducitur, sed primùm per ossis facri interiora, quemadmodum totius superioris spinæ nerui omnes vna tantùm radice procedit, quæ introrsum fertur, ad dictum magnum neruum constituendum. Quanquam vero inferiora paria duplicibus radicibus egrediuntur, quarum posteriores in musculos oßi facro, & Ilium oßi adna-*

tos &

tos, & in cutem ipsam sparguntur: Anteriores autem trium quidem superiorum parium, dictum modo magnum neruum constituunt: Duorum verò inferiorum in anum, vesicam, penem & mulierum vterum abeundo consumuntur. Exactiorem neruorum distributionem describit Vesalius lib. 4. suæ Anatomes.

CAP. XXXIIII.

DE COMPOSITIONE & vsu Thoracis.

Costarum numerus.

Thorax constat duodecim vertebris paulò ante commemoratis, costis ex vtrinque videlicet pro vertebrarum numero 12. Et osse Ensiformi, quod & pectoris dicitur, Græci στέρνον vocant. Separatur autem thorax ab inferiori ventre, septo transuerso.

στέρνον.

Costarum interualla implent musculi, qui intercostales dicuntur.

Vsus thoracis.

Thorax factus est, vt sit cordis & pulmonum receptaculum, vtque respiratione

ni, &

ni commode subseruiat, vt igitur idoneam capacitatem haberet, et motu ageretur voluntario, necesse erat, vt ex pluribus oßibus & musculis alternatim interpositis construeretur: Totus osseus cum dilatari ac constringi non posset, ad respirationem esset ineptus: Totus verò carneus in se concidens, cor & pulmones reprimeret, nec iustum ipsis spatium relinqueret.

Thorax nõ totus osseꝰ nec totus carneus.

Præterea scapulæ, brachia, clauiculæ, quæ ab ossea thoracis mole sustentantur, illa commoditate destituerentur.

Accedit & illa vtilitas ex costis, quod ex ipsis abdominis, & alij quidam musculi pronascantur, quod Iecur, lien, & renes magna ex parte ab inferioribus costis sepiuntur.

CAPVT XXXV.

DE COSTIS.

Costæ omnes, partim osseæ sunt, partim cartilagineæ. Osseæ quidem, qua parte vertebris alligantur, dorsumq́; & latera thoracis efformant, eoq́; duriores ac

Duplex costarum substantia.

solidiores, quò vertebris sunt propinquiores. In anteriori parte thoracis ossea eorum substantia paulatim mollior cauâ ac fungosior, quæ tenui tamen ac solida squama tegitur. Tandem vero in cartilagines desinunt, iisq; cum pectoris osse committuntur: Feruntur autem paulatim deorsum. Sed nouem inferiores, ubi in cartilagines desinunt, sursum rursus recurrunt.

Costæ veræ septem.

Septem superiores, quia vertebris & pectoris ossi committuntur, & thoracem claudunt, veras costas nominauerunt. Reliquæ inferiores quinq; cum ad pectoris os non pertingant, nec thoracem claudant, nothæ seu mutilæ costæ dicuntur, cartilaginibus autem suis inter se quasi conjunguntur, excepta duodecima, quæ per se subsistens aliis non adhæret. Superiorum autem cartilagines duriores sunt, quæ etiam osseæ Galeno dicuntur, & senibus omnibus in ossa degenerant. Inferiores vero molliores sunt, & laxius cohærent, vt ventriculo, vtero, ac reliquis partibus distentis facilius cederent: Quare & v

Nothæ V.

op-

δρους propriè appellauerunt, & partes ventris iis ſubiectas, ὑποχόνδρια. Hypochondria.

CAPVT XXXVI.

DE MAGNITVDINE coſtarum.

Coſtarum omnium non eadem eſt magnitudo: Sexta, Septima, Octaua, longiſſimæ ſunt, & longiſſimas habent cartilagines. Coſtæ longiſſ. *Breuiſſimæ ſunt, Prima & vltima ſeu duodecima.* Breuiſſimæ *Mediæ inter has, mediam magnitudinem habent.* Mediæ. *Interna ſuperficie omnes leues ſunt & æquales, niſi quòd iis, quæ inter ſecundam & nonam mediæ ſunt, inferiori ſede ſinus quidam inſculpitur, recipiendæ venæ, quæ ἄζυγος dicitur, & neruo ex vertebra prodeunti, deſtinatus, quò fit vt harum coſtarum inferior pars tenuior acutiorq; euadat.*

Externa ſuperficie qua glabræ ſunt, & vertebrarum corporibus annectuntur, appendicem habent omnes. Reliquas aſpe-

ritates & tabercula, ligamentis dorsi musculis annectendis, sunt præparata.

CAPVT XXXVII.

DE OSSE PEctoris.

Στέρνου figura. Στέρνον, *quod latinis os pectoris dicitur, septem superiores costas & musculos sustentat, estq́; vt ipsæ costæ, pectoris munimentum, In pueris quatuor, in adultis tribus constat oßibus, quorum supremum latißimum est, & quasi triangulare, supernè quasi media luna excauatum.*

Malum granatum. *Reliqua sunt tenuiora, infimum in cartilaginem desinit, quam malum granatum nominant, quæ similem vsum habet quem inferiorum costarum cartilagines: nimirum, vt orificium ventriculi tueatur, eiq́; molliter occurrat, ventriculo distento.*

Os ξιφοειδὲς. *Os* ξιφοειδὲς, *id est Ensiforme nominauerunt, ab ensis manubrij figura quam repræsentat.*

CAP.

CAP. XXXVIII.

DE SCAPVLIS.

Scapulæ, quæ Græcis ὠμοπλάται dicuntur, posteriori thoraci vel dorso superiorum musculorum ope annectuntur, tum ut thoraci propugnaculo sint aduersus externas iniurias, quæ à tergo prouideri non possunt, tum vel maximè, ut brachium, quod alioqui firmari non potest, idoneam sedem habeat, cui inarticuletur. Quadrupedibus scapulæ lateribus thoracis incumbunt. *Vsus scapularum.* *I.* *II.*

Figura scapulæ ferè est triangularis, latus vertebris proximum, secundum dorsi longitudinem exporrectum, basis scapulæ nominatur, cuius superior angulus secundam, inferior nonam costam attingit, præterquam in ijs, qui altiores habent humeros, quod vitium infantibus accidere solet, ex praua nutricum deligatione, quemadmodum & pectora carinæ modo acuta. *Figura scapulæ.*

Angulus quem superioris & inferio- *Scapulæ ceruix.*

ris lateris extrema constituunt, scapulæ ceruix dicitur, estq́ valida, crassa & oblonga, oblongoq́ sinu prædita, qui tamen præter aliorum sinuum naturam magnitudine ac profunditate prominenti, capiti ossis brachij, quod recipit, non respondet. Brachium enim laxis varijsq́ motibus ... oportebat, quare laxum quoq́ ipsius articulum esse conueniebat, nec nimium profundo sinu coarctari.

Sinus scapulæ conformatio, cui inarticulatur os humeri.

Ne tamen ita facilè luxaretur, validis ligamentis constructum est, Sinus vero augetur cartilagine, quæ vt osse mollior est, ita varijs ossis brachij motibus facile obsequitur,

Anterior scapulæ superficies caua ... vt costarum conuexis facilius insideat.

Ex dorso seu gibba scapulæ superfi... validus crassusq́ processus enascitur, ... supra scapulæ ceruicem procurrens, ap... dice augetur, vocaturq́ ἀκρώμιον, id est summus humerus, propterea, quod non solum scapulam, sed ipsum quoq́ humeri ... articulum, quo brachium cum scapula committitur, quem Græci ...

ἀκρώμιον

ca...

eant, protegat ac defendat, efficitq́, quo minus brachium sursum laxari queat. Huius anterior pars modico sinu claviculæ tuberculum recipit, validisq́ ligamentis cum eo constringitur.

Superior ἀκρωμίου sedes tota scabra est, maximus enim musculus scapulam sursum ducens, in eam inseritur, ac rursus ex ea explantatur insignis ille musculus, brachium sursum attollens, quem ἐπωμίδα appellant, propterea, quod humeri articulo instratus sit. ἐπωμίς. musculus.

Alter scapulæ processus, interior ac minor, ab anchoræ figura ἀγκυροειδὴς dictus, claviculam sustentat, validisq́ ligamentis cum ea colligatur, quæ ex asperitate superioris ipsius partis pronascuntur.

CAPVT XXXIX.

DE CLAVICVLIS.

HVmeri articulum oportebat liberum esse, atq́ à thoracis latere plurimum distare, ne si costas propius contingeret,

varij illi brachij motus impedirentur.

Clauicula rum vsus. Clauiculas igitur natura construxit, quæ scapulas distenderent, neque alarum more in thoracem concidere permitterent, quod fracta clauicula accidere sæpè videmus.

Alligatur autem vtraq; clauicula anteriori parte cum osse pectoris, posteriori cum ἀκρωμίῳ, media cum minore scapulæ processu, verùm qua parte iugulum spectat, ita curuatur, vt intus caua, extra

Figura claui. verò gibba sit, nimirum, vt tracheæ arteriæ, gulæ, neruis cerebri, ac spinali medullæ, qui illac feruntur, spatium ac munimentum præbeat. A paruo verò processu vsque ad ἀκρώμιον contrario modo incuruatur, vt vna cùm ἀκρωμίῳ humerum sursum luxari prohibeat.

Substãtia. Substantia ipsius, externis quidem partibus crassa est & rara, media tenuis ac solida.

CAPVT XL.

DE OSSE BRACHII.

Os bra-

Os brachij Celsus humerum etiam appellat. Huius superior pars magnam habet appendicem, quæ quatenus leuis ac globosa est, in scapulæ ceruicis sinu inuoluitur, eoq; motu brachium sursum, deorsum, ad latera, & in orbem variè circumagitur, quatenus verò asper est, ac inæqualis, ligamenta producit, quibus articulus ille firmatur. *Humeri pars superior.*

Figura.

Sinus ille, qui in asperitate illa conspicitur, musculorum cubitum flectentium capita continet.

Inferior humeri pars, quatenus leuis, & cartilagine incrustata cernitur, cum cubiti ossibus articulatur. Interiori quidem sede cum vlna: Exteriori cum radio.

Est autem caput, quod cum vlna committitur, ad ipsius processus & sinus ad amussim formatum, excauatis rotulis seu trochleis non absimile. In medio enim sinus est, prominentibus vtrinq; lateribus, quæ vlnam, ceu funem, qui in trochlea voluitur, sua sede cohærceant. *Caput humeri.*

Verùm externum latus interno minus assurgit, quod ei assistat radius, vlnam

iatis reprimens, ne ad latus moueri queat.

Sinus qui in anteriore ac posteriore parte sub prædicta orbita visuntur, tenui quadam lamina distincti, Hippo. proprio nomine βαθμίδας appellat. Recipiunt autem vicissim inter flectendum et reflectendum processuum vlnæ extremitates, suntq; extremæ extensionis termini.

Βαθμίδες brachij.

Rotundum illud caput, externum huius ossis latus occupans, à rotundo radij sinu ita excipitur, vt radius vna cùm vlna flecti & extendi, & proprio motu in pronum & supinum agi possit.

Extra prædictam articulationem, aspera quædam tubercula, vtrinq; in hac brachij parte, reperiuntur.

Ab externo tuberculo, & acuta linea ex ipso sursum prodeunte, musculi producuntur, qui radium in supinum agunt, item, qui carpum & digitos extendunt.

Internum tuberculum alios musculos producit, radium in pronum reducentes, carpum & digitos flectentes. Præterea anteriori et posteriori parte sinus efformat:

mat, in quibus grandes nerui, cubitum adeuntes reconduntur.

Medij brachij figura, tota ad aptam musculorum collocationem est accommodata.

Asperitas quæ paulò supra longitudinis medium apparet, ad exteriora vrgens, insertionem musculorum brachium mouentium non mediocriter adiuuat.

CAPVT XLI.

DE VLNA ET radio.

QVod inter cōmemoratum modo brachij os & carpum, seu brachiale medium est, cubitus vocatur, constat autem duobus oßibus, vlna & radio. *Cubitus.* *Vlna.* *Radius.*

Vlna inferius sita est, ad latus parui digiti, superiori parte, qua craßior est, instar semicirculi exculpitur, articulaturq́; cum brachio mutuis sinibus & capitibus γιγγλυμοειδῶς, & vno tantùm motus genere agitur, nempe extensione, & flexio- *Vlnæ descriptio.*

ne ver-

ne versus manum procurrẽs paulò sit gracilior, nisi quod sub carpo rursus modicè dilatatur & augetur appendice, qua cum radio articulatur.

Exiguus verò processus instar styli ex appendice enatus, ligamentum producit, quo sola vlna cum carpo committitur.

In media vlna linea quædam apparet, secundum longitudinem ipsius ducta, alteri lineæ, quæ in radio est, opposita. Hinc validum ligamentum enascitur, quo ossa hæc firmius inter se connectuntur, & anteriores musculi, carpum, & manum flectentes, à posterioribus extendentibus separantur.

Radij descriptio. *Radius superiori parte, non solùm cũ brachio, sed etiam altero latere, cum vlna articulatur. In medio autem paululum acuitur, & longius ab vlna recedit, non solùm, vt musculis locus sit, verùm etiam vt motum manus in pronum & supinum commodius obire queat. Reliqua animalia, quæ hoc motu carent, hæc ossa etiam magis habent coarctata.*

Inferior radij pars ad carpum, crassa & lata

& lata est, vt carpus, qui totius manus fundamentum est, totus prope radio innitatur, atque vna cum ipso commodè in pronum & supinum vertatur.

Sinus illi, qui externa parte radij, propè carpum conspiciuntur, extendentium musculorum tendines excipiunt. *Connexus radij cum carpo.*

Quod ad substantiam attinet, Humerus, Vlna, Radius, qua parte crassiora sunt, ibidem ipsorum rarior & fungosior est ossea substantia. In medio ipsorum vbi gracilia sunt, dura quoque simul existunt, sed tamen cauitatibus quibusdam prædita, in quibus medulla continetur. Idem femoris & tibiæ ossibus accidit. *Substantia horum ossium.*

CAPVT XLII.

DE CARPO.

Κάρπος qui Celso brachiale dicitur, octo constat paruis, ac duris ossiculis: Singula singulari quadam prædita sunt magnitudine, figura ac situ.

Suntque ita ligamentis inter se constricta, vt vnum os efformare videantur. *Ossium carpi connexus.*

Quod

Quod extrema parte gibbum, iniurijs e... minus obnoxium: Interna verò cauum, ... gitos flectentium musculorum tendin... commodè recipit, propius autem inspicien... ti, octo illa carpi oßicula, duobus quasi or... dinibus, à pollice versus paruum digitum ductis, digesta sunt.

Oßiculorū carpi dispositio.

Primi ordinis, primum, secundum & tertium os, quasi vnum caput constituu... quod vni oßi nempe radio inarticulatum flectitur, extēditur, et ad latera mouetur.

Quartum cum cubito non articula... tur, sed ligamenti illius, quod ab acuto ... næ processu oritur, portionem recipit, & ... ferioris musculi carpum flectentis ten... nem admittit.

Inferior ordo pollicis, & quatuor Me... tacarpij ossa, eaque distincta sulci... Quinto enim carpi oßi innititur prim... os pollicis: Sexto Metacarpij primum, & nonnihil secundum etiam: Septimo, Me... tacarpij secundum: Octauo tertium & quartum.

Propter hanc diuersam articulatio... nem ex duobus oßium ordinibus carpi...

nati

natura construxit, prætcrquàm quod ad varietatem motuum, & ad δυσπάθειαν satius erat, ex pluribus ossibus, quàm ex vno componi.

CAPVT XLIII.

DE METACARPIO.

QVod inter Carpum & digitos mediū est, Græci μετακάρπιον, Celsus palmam, Vesalius postbrachiale vocat.

Constat quatuor ossibus, quæ suprà cum carpo, infrà cum quatuor primis digitorum ossibus articulantur. Primum pollicis os digitis annumeratur, quare ad μετακάρπιον non pertinet.

Longissimum os Metacarpij est primum, quod videlicet primum digitum seu indicem sustentat, Reliqua paulatim breuiora sunt. *Magnitudo ossium Metacarpij*

Circa articulationes, vt reliqua omnia crassiora sunt, & appendicibus augentur.

Superiores appendices carpi ossibus si-

nus

Connexus ossium Metacarpij cũ ossibus digitorum.

nus præbent, Inferiores primis digitorum ossibus capita exhibent, coarticulantur etiam inter se lateraliter, cartilagines quibusdam ligamentis.

Medio inter appendices statio, vi gracilioria sunt, magisq́; teretia, quædam interualla relinquuntur, in quibus singulis bini musculi reconduntur, qui pri digitorum ossa flectunt.

Hi musculi internam etiam man implent, cuius rei causa interna illa M tacarpij cauitas, etiam facta est.

CAPVT XLIIII.

DE DIGITORV numero & vsu.

Digitorum motus.

SVccedunt quinq; digiti, qui manum ficiunt, faciuntq́;, vt aptissimum ex apprehensionis instrumentum. Præ quàm enim, quòd singuli flectuntur & tenduntur, ad latera quoq; mouentur deducuntur, vt facilius magna corpora prehendere queant.

Prop

Propterea autem extensi impari sunt magnitudine, vt in magnorum corporum apprehensione æquales sint ac robustiores, quamquam in paruis quoque corporibus firmiter continendis, paruitas magno quoque adiumento est. Inæqualis longitudo.

Pollex ἀντίχειρ dicitur, propterea, quod in apprehendendo & claudenda manu, reliquis digitis oppositus, actionem eorum [illegible] & roboret, quare & [illegible] habetur. Pollex ἀντίχειρ.

Vt autem omnibus opponeretur commodè, plurimùm ab omnibus distungi, transuersusque situs ad interni latus collocari oportuit. In medio enim manus positus, actionem, quæ vna vel duabus volis perficitur, impediuisset, ad paruum vero digiti latus situm non erat, vbi collocaretur: & tota manus magis in illam partem propenderet. SITVS pollicis situs.

Duo magni digiti et Index & Medius, vt ordine pollicem sequuntur, ita vsu ac dignitate ei sunt proximi. Index. Medius. Vsus.

Horum enim operatio parua quàm

magna corpora apprehendantur, artium omnium operas perficiant.

Annularis. Parvus. Vsus.

Reliqui duo annularis, & parvus superioribus non parem, magna tamen sum praebent. Horum enim ope in magnis corporibus comprehendendis, manus in circulum cogitur, quod omnino necesse erat, vt omni ex parte contactus & prehensio fieret.

Dum verò manum claudimus, usq; corpora continere studemus, prodest horum digitorum constructio.

Parvus quoq; digitus pro operculo quemadmodum & pollex ad Indicis

Digitorum numerus.

Ex quibus omnibus iam satis ad perfectam apprehensorij organi constructionem, nec pluribus nec paucioribus digitis, quam quinq; inaequalibus fuisse.

CAPVT XLV.

DE OSSIBVS DIgitorum eorumq; articulatione.

Sing

Singuli digiti ternis ossibus, totidemq; articulationibus constantur, paucioribus circularis extremorum ille digitorum circuitus perfici non poterat, pluribus verò nihil erat opus. Commoditas enim ad motum nulla accessisset, & manus maiori mole sustinenda fuisset imbecillior. *Cur tria tantum digitorũ ossa.*

Digitorum ossibus, ut reliquis quæ articulantur, id commune est, quod extrema [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Prima, quæ cum Metacarpio articulantur, maxima sunt, deinde media, minima verò sunt extrema: nam cum [illegible] à superioribus [illegible], & [illegible] [illegible] præbeant & extrema [illegible] crassa esse, ad parvorum corporum apprehensionem erat inutile. *Articulatio.*

Quod ad figuram attinet, quamvis digitorum externa superficies rotunda seu convexa sit, [illegible] [illegible] tendines, [illegible] [illegible] dilatati, adhærescunt. *Figura digitorum.*

Internam verò superficiem [illegible] ac depressam esse oportebat, [illegible] parte

Tendinum situs in vola manus. te singulis digitis duo teretes tendin[illegible] porriguntur: quorum superior [illegible] inseritur, Inferior per superioris fissum tanquam per annulum transiens [illegible] ossi annectitur.

Tendinum situs in pollice. Alius situs tendinum est in pollice [illegible] quo fit, ut primum ipsius os non sit in [illegible] num, sed magis protuberans, ut tamen [illegible] commodius [illegible] gantur.

Caeterum hic ossium internae [illegible] nities aliam etiam usum habet, nimirum ut commodius interna manus dura [illegible]

Pinguedinis in superficie interna digitorum usus. nervosa pinguedine infarciatur, quae tendines ab iniurijs defendit, & man[illegible] ipsam ad molliendum, terendum, & [illegible] tis contrectandum aptiorem facit.

Quod ad articulationem attin[illegible] omnia haec ossa superiori parte sinus hab[illegible] inferiori capita.

In primo trium ossium cum m[illegible] carpio articulatione, quae praeter flexi[illegible] & extensionem, mediocrem etiam m[illegible] tum ad latera continet, sinus plani [illegible] rotundis capitibus metacarpij respon[illegible] tes. Quare & maior hic extensio fit, qu[illegible] in alijs digitorum articulis. Fac[illegible]

Flexio quia maior est, ideo parua quaedam ossicula in ea parte [illegible] sunt, quae a sesami grani similitudine σησαμοειδῆ appellantur. *Ossa σησαμοειδῆ.*

Vbi in prima & tertia articulatione etiam reperiuntur, sed rariùs, et vix grandiuscula: hunc autem usum habent, ut quod nimia flexione [illegible], prohibeantq́; quò minus luxatio fiat.

[illegible] sunt.

In pollice illud est peculiare, quod primum ipsius os transuersim capiti ossis carpi inarticulatur, habetq́; motum ad latera validiorem, quàm flexionem & extensionem. *In pollice quid peculiare.*

Secundus autem pollicis articulus, etsi motum ad latera habet, sed flexionem & extensionem validiorem: quare nimiae flexioni hic opposita sunt σησαμοειδῆ, eadem magnitudine, qua in prima digitorum articulatione.

Tertius pollicis articulus à secundo ... tertijs digitorum articulis nihil differ...

CAPVT XLVI.

DE VNGVIBVS.

Vsus. EXtremis digitis natura vngues extr... secus apposuit, vt internæ manus ... tis, & quæ illi subiecta est pinguedo ... firmamento aliquo innixa non facilè ex... teretur.

Substantia Vnguium. Similaris ipsorum natura similis ... cartilagini, nec dura omninò nec molli... incidentibus, retundentibusq; corpor... facilè cedat.

Externa eorum superficies, vt reli... manus, conuexa seu gibba, læsionibus q... minus est obnoxia.

Ortus. Pronascuntur ex ligamento extr... digitorum ossis, atq; intrinsecus adnas... illis caro, quemadmodum extrinsecus cu...

Nutritio. Nutriuntur autem ipsorum rad... venis & arterijs, sed auctio non fit ni... longum.

Non...

Nervi radicibus insinuantur, deinde in subiectam cavitatem propagantur, atque ad virgam ipsam perveniunt.

CAPVT XLVII.

DE COXIS.

M*[illegible] foramini & [illegible] appellat. [illegible] nominibus [illegible].*

Anterior coxae pars, quae magno foramine praedita est, & cum alterius lateris coxa committitur, os pubis appellatur. Posterior vero latior, ubi sacro connectitur, os Ilium appellatur. Media, quae sinum producit, qui femoris caput admittit, proprio nomine coxendix, Graecis ἰσχίον dicitur.

Os Pubis. Os ilium. ἰσχίον.

Non inepte autem coxae scapulis comparantur. Quemadmodum enim scapulae dearticulandis humeris paratae sunt, sic coxarum quoque praecipuus usus est, ut femora ipsis inarticulentur.

Ac rursus, quemadmodum scapula- Coxa facta in similit.

Coxarum vsus. *rum varij processus, varijs musculis ascendendis & demittendis inseruiunt. Sed coxa, quæ ita constructæ sunt, vt ab prope omnes femora mouentes musculi, alij permulti, qui tibiarum, dorsi, thoracis abdominis motibus præsunt, initia cant.*

Accedunt porrò aliæ quoq; coxarum commoditates, sustentantur enim ab os sacrum, spina, & omnia commemo corporis ossa, ita vt earum ope, homo, rectus esse, et commodè sedere queat, que cum osse sacro, cauitatem qua constituant, in qua maxima intestin pars, vesica & mulierum vterus com dè continentur.

Connexio ossis coxarum cum osse sacro. *Connexionem ossis sacri cum ossi omnino firmissimam esse oportebat. enim innititur reliqua corporis Diligenter itaq; natura vtrunq; os sinibus ac tuberibus exasperauit, ter ipsa cartilaginem quandam i suit, vt horum ossium connexio à p parum differat.*

Posteriori parte os Ilium ass

magis prominet, ut explantandis [illegible] apta sit sedes. Superiori parte [illegible] rotunditatem referens, appendicem admittit, quem spinam Ilium nominant. Ad huius interiori sede [illegible], transuersi abdominis musculi exoriuntur. Exterior verò sedes, [illegible] musculum obliquè ascendentem, & dorsi [illegible] producit. [illegible] interiori parte tamen [illegible]. Spina Iliũ.

Ex interna parte huius ossis [illegible] quae leuis ac plana est, [illegible] oritur, dorsum mouens, qui [illegible] per spinam ilium fertur, qui supra [illegible] acetabulum cernitur. Musculus [illegible] mouens.

Duo tubercula ad huius sinus latera posita, praeterquam quod sinum augent, alios etiam usus praestant. Nam [illegible] coxendicis os, qua parte [illegible] debebat, & tamen acetabuli [illegible], valdè attenuatur, non mediocriter roborant.

Externum verò musculum producit tibiam mouentem. Musculus tibiam mouens.

Externa superficies ossis ilium, quae

Musculi femur mouentes. ilium dorsum [illegible] , tres insignes [illegible] bent musculos [illegible] praeditos, qui [illegible] tam ilium planè [illegible] integunt.

Acetabulū Coxendicis sinus, caput femoris excipiens, [illegible] sua capere [illegible], [illegible] acetabulum nominatur. Conspicitur autem interna ipsius superficies, non aequaliter cartilagine obducta, & anterior pars altius aliquanto excauata.

Ligamentum femoris. Hinc crassum illud, & instar chordae ligamentum rotundum enascitur, quod in medium femoris caput inseritur, firmioris articulationis gratia.

Eadem quoque ratione, huius acetabuli margines, seu supercilia cartilagine, ac ligamento augentur, quae posteriori sede [illegible] [illegible] uberant, ne loco moueatur femur [illegible], ac surgentibus nobis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] particul[illegible] membranam [illegible] constituens interna *Vena quae nutrit acetabulum.* [illegible] aperit venae, quae alimentum deferunt, & [illegible] illum humorem [illegible] [illegible] efficientem subministrat.

In

Inter Os Ilium, & acutum processum [illegible] *coxendicis, coxa simul* [illegible] *excauata. Per hunc sinum* [illegible] *deducitur, quem totius corporis maximum ex ossis* [illegible] *propagari annotauimus.* *Neruus totius corporis maximus.*

Ex acuto vero processu musculus vnus nascitur femur mouens. *Musculus femur mouens.*

Infima coxendicis pars, cui sedentes innitimur [illegible] *dita, tuberis* [illegible] *& in* [illegible] *quatuor musculorum, quorum* [illegible] *vnus omnium, qui in corpore sunt, maximus femori mouendo famulatur.*

CAPVT XLVIII.

DE OSSE PVBIS.

COxarum extrema, anteriori parte coeuntia, os pubis constituunt. Conglutinantur autem media cartilagine, quæ procedente ætate tandem in os degenerat.

Perfecta quædam horum ossium [illegible] *exsistit, tam in viris quam in mulie-*

ribus

Ossa pubis in partu non disiū-gi.

ribus. Quare quod plerique [illegible]
esse in mulieribus [illegible]
ris [illegible]
obstetricum [illegible] non deprehenditur [illegible]
prehensa [illegible] facile, sitra accidere [illegible]
tiam rationi parum est consentaneum [illegible]
quæ in huiusmodi commissuris talem [illegible]
rationem impossibilem indicat, [illegible]
iuuenculis, in quibus commissuræ [illegible]
sunt, id fieri concesserimus.

Quæ mulieribus hac parte sint peculiaria.

Ceterùm gestationis vteri, & par[illegible] facilioris causa mulieribus sunt hæc [illegible] hæc peculiaria.

Ilium ossa ampliora sunt, ipsorum[illegible] spinæ in latera magis eductæ.

Ossa verò pubis, breuiori linea [illegible] missa sunt, & [illegible] [illegible] magis [illegible], [illegible] illud [illegible] amplius quàm in viris efficitur [illegible] ter pariendum etiam augetur, [illegible] xis [illegible] facilè cedens extrorsum [illegible]

Magnum foramen, quod in [illegible] vtrinque apparet, & ab ossis simili[illegible]

Θυροειδὲ.

[illegible] appellatur: ideo præcipue [illegible]

e

est, ut eſſibus multitudine muſculorum, qui ex ipsis producuntur, ſatis grauitati, leuitas aliqua accederet. Operitur autem valida membrana, nec aliud, quam paruam quandam venam, arteriam, & neruum, in femoris partem ſuperiorem tranſmittit.

[illegible] descendens porro hoc os [illegible] communiter [illegible] muſculorum externum format.

Ex ſuperiori ſede [illegible] epigaſtrij muſculi [illegible].

Ex medio [illegible], & femur mouentes muſculi.

Ex inferiori vero ſede, vbi hoc os [illegible] corpora, quæ [illegible] ex parte penem conſtituunt, & muſculi penem mouentes.

CAP.

LIBER SECVNDVS

CAPVT LXIX.

DE OSSE FEMORI

Os femoris, omnium quæ in corpo sunt, maximum, super uno cap coxendicis acetabulo congruenti, ip xendici articulatur.

Infra verò ad genu duobus cap nibus, sed alio articulationis modo. enim vel cubitus tantùm flectitur & ditur: Femur verò, ut brachium, ad quoque movetur & circumagitur: Fle quidem cum sedemus, & ad inguina ra adducimus, extenditur dum de adducimus, maximè verò dum sistim Latera movetur, cum alterum crus in sum ad alterum adducitur, & ru cum extrorsum abducitur: circuma cum in orbem vertitur.

Femoris ossis motus.

Capita autem ex appendicibus manant, qui suprà & infraque huic ossi feruntur superius caput apertum quo sinum habet, cui teres ligamentum ex tabulo prognatum implantatur, p

in

moris gracilior capiti prepositus, ceruix nominatur. Ceruicem sequuntur duo insignes processus, quos trochanteras vocant, Maior exteriorem ac superiorem sedem occupat: Minor inferiorem ac interiorem, maxima quoque eorum pars appendice constat. Vsum autem habent eundem, quem reliqui fere processus. Perpetuis enim musculorum principiis siue insertioni sunt destinati. — *Ceruix femoris.* — *Vsus.*

Inferior femoris pars latior primum in duo magna capita diuiditur, [illegible] sinu distincta, cuius anterior pars [illegible] sed satis patens & [illegible], suscipienda patellæ præparata est, cuius vsus explicabitur postea. — *Capita sed inferiora [illegible].*

Posteriori verò parte capita femoris valdè prominentia [illegible] profundat. [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] sinus in posteriori [illegible] ex se [illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible] tuberculum, & [illegible] [illegible]; & in [illegible] — *Capita femoris prominentia.*

cum

eum recipi possit, & tutò maximus corporis neruus vena, & arteria per ipsam duci.

Cæca foramina.

Ex cæcis foraminibus, quæ in lateribus inferioris femoris cernuntur, tuti ligamentis producuntur, quæ genu ambiunt, firmiterq; continent.

Media femoris pars anteriori parte teres est, ac plana. Posterior verò asperi nes prominet. Vndiq; autem circumsepta est musculis tibiam mouentibus.

Posterior quoq; pars caua est, quia loco maior sit musculorum copia, quamq; structura ad sedendum commodior, præsertim, cum alterum crus alteri iniiciendum sit.

In totius autem femoris structura obseruandum est, quod non recto tramite coxendice ad genu tendit: sed certum primum obliquè extrorsum à coxendice abscedit, ac deinde rursum obliquè deorsum ad genu vergit. Hanc figuram laudabilem esse confirmat Hipp. in libris articulis, cumq; in deligandis femoris fracturis diligenter obseruari vult.

Connexus femoris cũ osse coxendicis.

Quibus autem natura rectius femur, quam conueniebat contingit, vari & claudi in genu existunt. *Vari.*

Ceruicem autem à coxendice abscedere oportuit, vt musculis interna sede collocandis, Item, magnis venis, Arterijs & neruis, & glandulis vasorum diuisionibus præpositis locus esset.

Quibus ceruix minus deducitur, ijs angusta, ac compressa inguina sunt, & femur præter modum vnà cum genu extrorsum abducitur, & vatij dicuntur. *Vatij.*

CAPVT L.

DE PATELLA.

Patella os orbiculare breui scuto non absimile, genu articulo præponitur, vt tibiæ extensio vltra rectam lineam non feratur, & vt in magna flexione in anteriorem partem femur non luxetur. *Patella vsus.*

Quibus fracta patella est, sine periculo incedere non possunt, præsertim cum locus aliquis accliuis ascendendus est. *Patella læsio quæ incommoda adferat.*

Posteriori sede patella leui cartilagin obducta est.

Tuberculum ipsius quadrato sinui se se inter capita femoris aperit.

Adhærescit autem non ligamentis sed tendinibus tibiam mouentibus co... dilatatis, qui etiam efficiunt, vt subst... ipsum in superficie cartilaginosa videat... cum tamen intus valdè sit dura.

CAPVT LI.

DE TIBIA ET Fibula.

Tibia. *TOtum κῶλον, à genu vsq; ad talum ... bia nominatur.*

Constat duobus ossibus, quorum q... grandius est, proprio ac speciali nomine ... bia dicitur, alterum exilius, Fibula. Fibula.

Quemadmodum autem coxas c... scapulis, femora cum brachio compar... mus, ita etiam tibia, & fibula cum ... & brachio, & pes magna ex parte c... manu conferri possunt.

Si...

Sola autem tibia cum femore articulatur. Sed tibiæ sinus, femoris capitibus, motus laxioris gratia, profunditate non respondent. Augentur autem interposita molli ac lubrica cartilagine, multo viscido humore diluta, quæ ambientis ligamenti beneficio, loco suo potissimum continetur. *Connexio tibiæ cum fibula.*

Fibula tam altè non ascendit, ut femur contingat: Externo autem tibiæ lateri infrà supraq́ adnascitur, nonnihil ad posteriora vergens.

Vtriusq́ ossis figura, in media ipsius longitudine triangularis est, tribus acutis lineis tria latera distinguentibus, quibus musculi adaptati sunt, penitusq́ ab ipsis obteguntur, excepto interno latere tibiæ, eiusq́ anteriori linea, quæ omninò carne nuda sunt, Græci ἀντικνήμιον vocant. *Figura horum ossiū.* *ἀντικνήμιον.*

Posterior verò tibiæ pars carne maximè abundans, græcis γαστροκνήμιον, latinis sura appellatur. *γαστροκνήμιον* *Sura.*

Inferiori parte propè talum, tibiæ fibulæq́ appendices, interno externoq́ latere, insignes processus proferunt, [illegible]

illam constituentes, in qua talus continetur. Hi processus cum carne nulla tecti sint, in viuentibus quoq; satis sunt conspicui.

Internus malleolus.

Internus ex tibia productus, internus malleolus vocatur.

Externus malleolus.

Externus, qui fibulæ pars est, externus malleolus nuncupatur. Par autem tibiæ & fibulæ longitudo. At quantò tibia circa genu altius assurgit, eò hic fibulæ processus seu exterior malleolus procerior existit interno.

Quæ etiam causa est, vt talus introrsum facilius, quàm extrorsum suo loco moueatur.

CAPVT LII.

DE OSSIBVS pedis.

IN pede tria hæc ossa, Talus, Calcaneus, & os nauiforme, nullis oßibus in manu respondent. Ταρσὸς *verò cum carpo, pedium cum Metacarpio, & pedis digiti, cum manuum digitis conferuntur.*

Talus

Talus est, cui tibia innititur, et vtrinque à dictis malleolis comprehenditur. Talus.

Ad hunc articulum pes flectitur, & extenditur, & paululum ad latus deducitur.

Calcaneus ossium omnium, quæ in pede sunt, maximũ, talo substernitur, quodq́ inter ipsa vacuum spatium apparet, impletur ligamento, quo ita validè colligantur, vt motum nullum edere possint. Calcaneꝰ.

Posteriori parte calcaneus longè extra talum et tibiam prominet, ???eq́; ea pars maximo fortissimoq́; totius corporis tendine, ex tribus musculis, pedem mouentibus, prognato. Situs.

Ex inferiori ipsius parte nascitur musculus, secundos quatuor digitorum articulos flectens: Interno latere leuis est, ac sinum efformat, quo vena, arteria, neruus, & tendines nonnulli pedem, ac digitum mouentes deducuntur. Calcanei figura.

Exteriori regione gibbus est inæqualis, ac planè excarnis.

Ex infima ipsius sede musculus etiam nascitur, magnum digitum ab aliis deducens.

Nauiforme. *Nauiforme suo situ oblongo, à quo nomen sortitum est, caput tali recipit, atque ad hanc articulationem reliquum pedis præcipuè mouetur.*

Tarsus. *Tarsus pedis, manus carpo quidem respondet, sed cum ambulatorij, non apprehensorij organi pars sit, firmitudinis causa paucioribus, ijsdemq; maioribus ossibus constat, quorum primum, secundum & tertium ossi nauiformi, quartum calcaneo inarticulatur.*

Quatuor Ossa Tarsi.

Cum ossibus carpi id habēt commune, quod inæquali sit magnitudine, atq; eo situ disposita, vt suprà gibbum, infrà cauum pedem efficiant.

Latera, quibus se mutuò contingunt ad ligamentorum productionem, quibus inter se connectuntur, aspera sunt, & inæqualia.

Pedium. *Pedium, quod cum metacarpio comparamus, in eo metacarpio est dissimile, quod ex quinq; ossibus sit extructum, continuo ordine dispositis, Id enim ad gradiendi facultatem erat vtilius, neq; necesse erat, vt in apprehendēdi organo, pollicē cōstituere.*

Rel-

Reliqua ferè cum metacarpio conueniunt.

Primum, secundum, tertium ipsius os cum primo, secundo, tertio tarsi ossibus per ἀρθρωδίαν articulantur: quartum et quintum cum quarto tarsi.

Extrema crassiora sunt, media graciliora.

Medijs spatijs musculi continentur primos digitorum articulos flectentes.

Digiti, vt in manu, singuli ternis ossibus efformantur, sed illis multò minoribus. Magnus tamen digitus, maioris roboris causa, duo tantùm ossa obtinet. In prima ipsius articulatione, insignia σησαμοειδῆ ossa reperiuntur. *Digiti pedis.* *σησαμοειδῆ in magno digito pedis.*

Quod reliquum est in pedis digitis, capita, sinus, articulationis forma, & vngues omninò se habent, vt in manu.

Canes, feles, ac reliqua quadrupedia, quorum pedes in digitos sunt dissecti, ossium numero, situ, articulatione, pedes habent humano pedi similes, sed multò longiores, quibus tum demum innituntur, *Quadrupedum pedis cum humano collatio.*

cum in posteriores pedes erecti, à prioribus non sustentantur.

Quemadmodum autem pedes, ita articulum habent, humano genu respondentem, & in anteriora flexum, sed altius paulo positum, magisq; occultatum.

Atque hæc de partibus similaribus dicta sufficiant. Sequuntur partes dissimilares.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Liber Tertius.

DE FACVLTATE NAturali, eiusq; organis.

CAPVT I.

TRANSITIO AD INteriorum partium considerationem.

HActenus singulorum ossium, quæ in humano corpore reperiũtur structuram, eorumq́; inter se commissuras articulationesq́; tractauimus, atq; obiter plurimarum cartilaginum, ligamentorum, musculorum, ac tendinum situs, nonnullas etiam neruorum, venarum, arteriarumq́; distributiones, ac ductus indicauimus. Ανακεφαλαίωσις.

Horum autem exactior doctrina, quæ Osteotomæ subiungenda erat, cum absque corporis humani dissectione non rectè perspici posset, differre eã in præsentia maluimus,

mus, & internarum partium naturam explicare, quod illarum notitia, plurimum habeat momenti ad rectè medicandum.

Sceleton. *Intereà tamen, studiosi Sceletum sibi extruant ea ratione, quam Vesalius describit, eiusq; frequenti inspectione, earum quæ modo dicta sunt, memoriam renouent.*

Ossa reliquorum partium fultura. *Cùm enim ossa, reliquarum partium fulcra sint, ac munimenta, exacta eorum notitia, ad reliquarum internarum partium structuram, ac situm cognoscendum plurimum conducit.*

CAPVT II.

DE TRIBVS INSIGNIORIBUS CORPORIS VENTRIculis & cauitatibus, quibus internæ partes continentur.

Tres in corpore insigniores cauitates. *Solent primum Anatomici in corpore tres insignes cauitates, principalium membrorum receptacula, terminis distinctis denotare.*

Primũ

Prima est caput, in quo cerebrum, mentis domicilium, & motiuæ, sensitiuæq; facultates sedem habent. I. *caput quod sensus omnes capiat.*

Secunda est thoracis cauitas, cordis receptaculum, ex quo omnis vitalis potentia manat. II. *Thorax.*

Tertia est venter inferior, Stomachi, Epatis, reliquorumq; naturalium organorum, quæ nutritioni & generationi famulantur, officina. A ventre autem Anatomen auspicantur, quod membra, quæ in illo continentur statim putrescant. III. *Venter.* *Anatome à ventre auspicantur Anatomici.*

CAPVT III.

QVOMODO FIAT nutritio, & quis sit membrorum nutritiuorum vsus.

VT autem ventris & organorum nutritiuorum vsus magis appareat, de nutritionis ratione pauca dicenda sunt, ac memoria repetendum id, quod in temperamentis diximus, Corpora scilicet viuentia nunquam eundem statum seruare, sed *Corporum nostrorum defluxus.*

natiue

natiui caloris vi, paulatim ficciora fieri, ea rum fubftantiam aßiduè diffluere, quæ fubftantia nisi repararetur, dißipari ... corpora neceſſe eſſet.

Altera verò ſubſtantia, quæ in locum illius diffluentis ſuccedit, alimentum dicitur. Alimentũ.

Alimenti verò in ſubſtantiam corporis conuerſio, nutritio dicitur, quæ vt recte ..., neceſſe eſt, alimenti materiam, excre... adhuc permixtam, primum attra... ...tineri, concoqui, ac perpurgari, dem... ... reiecto omni excremento, nutri... ...dis particulis apponatur, agglutinetur & aßimiletur, atq; ita ſimilares particula ... ſubſtantiæ reſolutæ, ac laxæ rurſus impleantur.

Facultates naturales. *Facultates autem quæ id efficiunt propriè naturales dicuntur, quod non ſolùm animalium, ſed etiam ſtirpium particulis omnibus inſitæ ſint, ijsq; aßiduè aſſiſtant, quamdiu inſitus calor vitam ſouet, & corporis ſubſtantiam dißipari non ſinit.*

Cumq; ea, quæ dißipatur, vt ſubſtantia tri-

tia triplex sit: solida, humida & spirituosa: Solida, cibo: Humida, potu, Spirituosa aere inspirato & per arterias attracto reficitur.

Triplex corporum nostrorum substantia triplici alimento reficitur.

Verum de aëre, quas mutationes subeat, priusquam in spirituosam corporis substantiam demutetur, & quæ alterando ipsi, ac deferendo, excrementisq́ eius expellendis organa dicata sint, dicemus alio loco.

Nunc de illa tantum nutritione, quæ cibo ac potu perficitur.

Status suæ propositio.

Manifestum autem est, ea quæ eduntur, & bibuntur, corpori nostro similia non esse, nec talia, qualis erat substantia, quæ defluxit. Vt verò talia fiant, variè prius mutantur, & concoquuntur.

Alimentũ corpori dissimile.

Porrò inter mutandum, ac concoquendum illud, quod à corporis natura alienum est, inq́ substantiam ipsius conuerti non potest, paulatim secernitur, vocaturq́ excrementum, Græcis περίττωμα.

Excrementum.

Errat enim in laxioribus corporis spatijs, et nisi maturè expurgetur, noxam tandem corpori adfert.

Vt igi-

Organa nutritionis infimo vētre contenta.

Vt igitur idoneum, ac conueniens nutrimentum, maximaq́ excrementorum parte repurgatum toti corpori præpararet, communia illa nutritionis organa, quæ inferiori ventre sunt locata, natura construxit.

Primò, vt nonnulla coctioni seruirent. Alia alimenti distributioni, Alia verò recipiendis, & expurgandis excrementis.

CAPVT IIII.

QVOT SINT CONCOCTIONUM SPECIES, & QUÆ cuiusq; opus sit, & quæ propria excrementa.

Quid coctio.

ALimentum per os assumptum, à omnibus corporis partibus, per deducitur, mutationem aliquam perc suscipit, nusquàm tamen concoqui dicitur, nisi vbi diu retinetur, atq́ à facultate alenti ita mutatur, vt aliam prorsus formam suscipiat.

Id cum tribus tantum locis fiat, tamen

tantum concoctionum species rectè statuuntur.

Tres tantũ concoctionũ species locis distinctæ.

Prima fit in ventriculo, in quo cum multiplex illud, ac varium alimentum, quod assumimus, est receptum, in simplicem quendam, ac uniformem succum, ptisanæ cremori similem, vertitur, hunc omnes χυλὸν vocant, & ventriculi concoctionem χύλωσιν.

1. coctio in ventriculo

χυλός.

Inchoatur autem in ore, dum cibus ibi atteritur atq; molitur, ac obscuram quandam chyli formam induit, priusquam in ventriculum demittatur.

initium 1. coctionis χυλώσεως

Absoluitur in intestinis, quæ etsi propriè distributioni chyli sunt parata, cum tamen concoquendi mediocri facultate prædita sint, percocto iam chylo, extremam quasi perfectionem addunt.

Finis 1. coctionis. Intestinorum vsus.

Excrementum in hac coctione, chylo adhuc est permixtum, Separatur autem cum purior chyli pars ex gracilioribus intestinis ad Epar transmittitur, Impurior verò, quam stercus appellant, in crassiora intestina depellitur.

Separatio quæ fit in prima coctione.

Secunda

II. coctio αἱμάτωσις. Secunda concoctio fit in Hepate, qu... Græci αἱμάτωσιν vocant, chylus enim ... ventriculo confectus hic formam, qu... habebat, amittit, & fit sanguis.

Sanguificationis initium. Inchoatur hæc sanguificatio in ve... Mesaraicis, in ijs enim chylus rudem qu... *Profectio sanguif.* dam formam sanguinis contrahit, ... mox perficitur in Epate: Perpolitur au... in vena caua, & reliquis maioribus ve...

Venæ enim vt intestina, non solùm di... stribuendi, sed etiam concoquendi mun... funguntur.

Sanguinis autem appellatione, non ... lùm purus & sincerus sanguis, sed reli... etiam vtiles, ac naturales humores hi... telliguntur, ad nutritionem corporis ... *χύμος.* commodati, quos græci χύμον vel corp... succum appellant.

Excrementa secundæ coctionis triplicia. In hac porrò secunda coctione tria ... dundant excrementa. Vnum Melanc... licum, ex crassa & terrestri chyli porti... *1. Atra bilis.* segregatum, & coctiorem subterfugi... à liene attrahitur & expurgatur.

Alterum biliosum ex tenuissima ca... lidi...

lidissimaq; chyli materia, cuiusmodi ferè pinguis, ac dulcis esse solet, in folliculum fellis colligitur. II. Flaua bilis.

Tertium est serosa humiditas, seu vrina, quæ à renibus attracta in vesicam profunditur. III. Serosa humiditas.

Atq; hæ duæ modò dictæ coctiones communes dicuntur, propterea quod toti9 corporis commune alimentum præparent, & communibus organis vtantur.

Tertia concoctio, nec communis est, nec communibus organis vtitur, sed commune alimentum iam præparatum, singulis particulis applicat. Coctio tertia.

Et hæc quidem incipit, cum purior sanguinis portio, multiplici illa coctione exquisitè elaborata, è minimis illis venis elabens, ceu ros quidam per singularium partium substantiam diffunditur, eidemque mox apponitur, & agglutinatur: tandem verò absoluitur, cum penitus in partis substantiam vertitur assimilaturque. Estq; hæc assimilatio omnium coctionum & naturalium mutationum finis. Sit igitur tertiæ concoctionis opus, humor ille alimenta- Initium tertiæ coctionis. Tertiæ coctionis perfectio.

Roris speciem referens humor. *mentarius, roris speciem referens: natura partibus, quibus apponitur, assimilatur.*

Excrem. tertiæ coctionis. *Sordes.* *Cutis.* *Excrementa verò quædam sunt per poros cutis insensibiliter excreta, crassiores istæ sordes, quæ cutis circumcirca adhærescunt.*

Sudores. *Sic & sudores qui nihil aliud quàm serosi humoris reliquiæ, tenui cum fuliginem deducendum permixt[illegible]*

CAPVT V.

DE PARTICVLARI- bus quibusdam excrementis.

Pili. *Vngues.* *PRæter hæc generalia excrementa, modò enumerata, quædam sunt certarum partium propria, vt pili & vngues, harum partium excrementa censentur.*

Atra bilis in ventriculum redundans. *Quod à liene in os ventriculi redditur, lienis excrementum est.*

Sputa. *Sputa pulmonum sunt excrementa. Quod modo tenue, modo cras[illegible]*

[illegible]

in palatum, nares, & oculos defluit, cerebri excrementum est, quod ex vniuerso cerebri corpore in amplos eius ventriculos est congestum per nares, & palatum expurgatur. **Excrementa cerebri.**

Interdum etiam propter naturam in alias partes delabitur.

Mucosæ cerebri humiditati, similis est humor ille crudus, lentus ac tenax, qui in prima coctione, ex ciborum lenta ac crassa natura, vel ex ventriculi intestinorumq. imbecillitate, sæpè in ipsis pro chylo generari solet.

Appellant pleriq. huiusmodi excrementa pituitam, quod frigido, ac humido suo temperamento, ad pituitæ naturam proximè accedant. **Pituita falsò appellata.**

Pituita autem reuera non sunt: Hoc enim nomine propriè vtilis humor intelligitur, qui cum reliquo chymo in epate generatur, & ad partes natura frigidas & humidas, quale est cerebrum & nucha, nutriendas accommodatus est, qui etiam in sanguinis inopia in sanguinem facilè verti potest. **Pituita. Pituita vera.**

Hæc verò excrementa nec in v... continentur, nec in sanguinem ver... sunt: Sed dum vi caloris crassescunt... grumos sæpè coguntur. Mutantur ... duros quosdam tophos, cuiusmodi ... nibus interdum rejiciuntur, & in p... gricorum articulis sæpè retinentur.

πῶροι.

CAPVT VI.

DE NATVRA SANguinis seu quatuor humoribus naturalibus.

Sanguis.

QVod prima, & secunda coctione ... boratum in maioribus venis con... tur, vno nomine sanguinem, vel ... succum appellari diximus.

Est autem huius non simplex natu... Sensui enim apparet, aliam eius p... esse tenuem ac flauam, aliam cr... nigram, aliam liquidam & albescen... aliam mediocrem & rubram.

Sanguinis diuersæ partes.

Ipsa verò ratio ostendit ex ... ex diuersis ac dissimilaribus cibis ...

c...

ctus est, & ipse partibus dissimilaribus constat, simplicem sanguinis succum generari non posse.

Præterea cum hic succus nutriendis dissimilaribus partibus, quæ substantia ac temperamento plurimum inter se discrepant, sit destinatus, necesse est, ut diversarum quoq; naturarum humoribus sit permixtus, pituita, & utraq; bile, quorum & in sano corpore hæc est proportio, ut purus, ac sincerus sanguis, quem peculiariter ac propriè sanguinem appellamus, reliquis copia antecellat. Deinde maximè abundat pituita: Post hanc melancholicus succus, minima verò portio flavæ bilis.

Quorsum condatur sanguinis pars dissimilis.

Sanguinis in corpore maxima copia.

Neq; tamen existimandum est, sinceram, flavam aut atram bilem ita in sanguine contineri, quemadmodum sunt excrementa illa, quæ in vesicam fellis, & lienis segregantur: Sed partes sanguinis, quæ substantia & qualitatibus ad horum naturam proximè accedunt, & à causis præter naturam in tales humores facilè mutantur, eorum quoq; appellationes obtinuerunt.

Quomodo diversi humores in sanguine contineantur.

Flaua bilis non pura sanguini permixta.

Pura certè, & sincera bilis alend... pori inepta est, quare cum sanguine se... dum naturam se habente non perm... tur, & si permisceretur, amaro suo s... sanguinem inficeret, perindè, ac si pau... lum fellis, in magnam mensuram ... inijceres.

Sanguis dulcis.

Apparet autem, sanguinem in s... corporibus semper dulcem esse.

Præterea flauo etiam colore cutem ... ficeret, quemadmodum in Ictero morbo ... cidere videmus.

Humor melancholicus.

De melancholico humore similiter ... dicare possumus.

Pituita vera.

Pituita autem, quæ sanguini perm... ta est, nihil aliud est, quàm crudus ... dam humor, cui expurgando natura ... lum organum extruxit.

In venis autem, dum sanguini p... mixtus, integrè percoquitur, quod per ... dias fieri solet maximè, in sanguinem ... am tandem conuertitur, non aliter q... aquosæ, & crudiores vini partes ... temporis vinum fiunt. Hæc enim ... est, cur vinum, quod initio subcrud...

a...

austera gustantibus, procedente tempore suaue, ac vinosum fit.

Quod Hippocrates lib. I. de natura humana scribit, sanguinem, pituitam, & vtramque bilem semper in corpore contineri, propterea, quod quocunque tempore educi medicamentis possint, quemadmodum secta vena sanguis emittitur, id de sanis & morbosis corporibus intelligi debet, vel quod aliunde educatur vtraque bilis, quam ex venis, nimirum ex folliculo fellis & liene, vel quod in talium humorum inopia, medicamenta sanguinem & carnes liquent, sicuti ipse in Aphorismis docet, atque ita violenter tales humores eliciantur ex finitimis humoribus, qui in sanguine & carne continentur. Obiectio. Solutio. I. II. III.

Quod autem alia natura præditi sunt, quàm ij qui sanguinem contemperant, etiam inde apparet, quod sanguis, siue secta vena emissus fuerit, siue in aliquam cauitatem corporis exciderit, totus mox in grumum cogitur, nec quicquam à tota illa massa separatur, præter serosum illius humiditatis excrementum. IIII.

Humores verò, ubi medicament[illegible]
ducuntur, non concrescunt, sed liq[illegible]
manent.

Causa concretionis sanguinis. [illegible]

Concretionis autem sanguinis p[illegible]
ma causa sunt fibræ, quæ plurimæ sang[illegible]
permixtæ sunt, efficitq; ut is natur[illegible]
corpori [illegible] exigit, ac talis, ut in soli[illegible]
[illegible] substantiam verti possit.

Multa enim corpora macra exte[illegible]
[illegible] cernuntur, non tam sanguinis, qu[illegible]
[illegible] fibrarum inopia: ac rursus qu[illegible]
plenius saginata, magis ob fibrarum q[illegible]
sanguinis copiam. Ita autem sal[illegible]
accurateq; sanguini hæ fibræ confus[illegible]
ut neq; in calente, neq; in refrigera[illegible]
guine deprehendere queas, nisi te[illegible]
adhuc, per linteum coles, vel crebr[illegible]
tatione, dum refrixerit, percutias, [illegible]
vena manantem aqua tepida ex[illegible]
tum enim fibræ in fundum pelvis [illegible]
dunt, cohærentes & albæ, ut plerique [illegible]
tam esse credant.

Fibræ quomodo a sanguine sint separandæ.

Quod sanguis his præditus sit, [illegible]
est beneficium, venarum autem, [illegible]
quandiu in ipsis est, non concrescat, [illegible]

ipsa[illegible]

ipsum non tam calori venarum, quàm ingenitæ & occultæ ipsarum facultati tribuendum est. Maximum huius rei est indicium, quod in mortuorum venis etiam refrigeratis sanguis non concrescat. Qui tamen in viuentibus corporibus à concretione vindicari non potest, si extra venas in ventriculum aut thoracem effusus fuerit. *Cur sanguis non concrescat in venis.*

CAPVT VII.

QVAE SIT NATVRALium humorum generatio, & quomodo rursus a natura sua degenerent.

Omnes naturales humores, qui massa sanguinea continentur, ab vno eodemq; calore Epatis generantur, vnusquisq; videlicet ex chyli conuenienti & idonea materia. Neq; enim nouum est, ab vna efficiente causa plura ac diuersa generari, propter eam, quæ in materia est, partium dissimilitudinem. *Contra Platonem.*

Vt rectius autem naturales hu... cognoscantur, operæ precium est, vt ... deremus, quomodo interdum à natura ... degenerantes vitientur. Ac primum ... turales humores à naturalibus excrem... tis distinguendi sunt.

Excrementa naturalia Vtilia. *Naturalia excrementa dicuntur ... in sanis corporibus naturæ lege prou... unt, quorum quædam etiam usum ali... habent: vt bilis in vesicula fellis co... tur, intestina abstergendi gratia.*

Bilis flauæ Vsus.

Atræ bilis Vsus. *Melancholicus succus à liene ... tur, et in ventriculum, os ipsius as... di, ac roborandi causa transmittitur.*

Excrementa naturalia inutilia. *Alia prorsus inutilia sunt, vt vri... stercus & sudor.*

Excrementa non naturalia. *Non naturalia excrementa sunt, ... à causis præter naturam malignam ... quam qualitatem contraxerunt: vt qu... crimonia sua partes erodunt, vel cra... ac lentore meatus obstruunt, aut ... quamuis noxam corpori adferunt.*

Humores Vtiles naturales. *Vtiles ac naturales humores sunt, ... nutriendi corporis facultatem hab...*

Huiusmodi sunt trium concoctionum

oper...

opera, chylus, sanguis, & humeros secundarij, seu vt Hippocrates nominat, nutrimentum nutriens, quod videlicet singulis particulis iam apponitur, agglutinatur & assimilatur. *Primarij humores.*

Secundarij autem dicuntur, qui ex primis humoribus, qui sanguine continentur, facti sunt. *Secundarij humores.*

At naturales quidem omnes sunt, dum naturæ suæ legibus gubernantur, nec vllum incommodum corpori adferunt, nisi cum ex æquo omnes supra modum sunt aucti. Tunc enim periculosum adfectum inducunt, quem Plethoram appellant, ob quem vel vasa rumpi, vel calorem natiuum strangulari & suffocari contingit, vt Galenus declarat 3. Apho. lib. 1.

Non naturales sunt, qui à caussis præter naturam, alienam quandam qualitatem ac naturam asciuerunt. Huiusmodi corpus non nutriunt: sed cacochymicum reddunt, & non minus, quam excrementa, dum nimium retinentur, molestant. *Non naturales inutiles.*

Natura

CAPVT VIII.

DE CHYLO.

Chylus naturalis.

Naturalis, ac mediocris chylus, qui
ventriculo generatur, albus est,
uniformis, ptisanæ cremori similis, n
cibi nec saporem, nec odorem referen
acidos, nec nidorosos ructus promens.

Qui modicè ab hoc degenerat, n
si quem substantiæ mutationem su
chylus quidem adhuc, sed non ita n
lari potest.

Quæ verò in ventriculo gener
b toto genere præter naturam
eadit tamen, ut ex prauis cibis, pra
aceribus acrioribus, quale est n
porri, ceparum folia, bilis quædam
triculo generetur, quæ à viriditate
refert, bilis porracea, πρασοειδὴς
natur, quæ si diutius in ventricul
at, à calore ipsius tandem in ærugi
mutatur, ac postremò etiam in cæru
quam ab Isatidis colore Ἰσατώδη
nant.

Bilis. πρασοειδής. Aeruginosa. Cærulea.

In

Item, qui ab imbecilla ventriculi & intestinorum facultate, lentus, ac visceßus humor in ipsis generari solet, crudum excrementum non chylus nominari debet. Crudum excrementum.

CAPVT IX.

DE SANGVINE.

N*Aturalis, ac optimus sanguis est, qui substantia est mediocris, colore rubeo, pituita & vtraq; bile mediocriter temperatus.* Optimus sanguis.

Qui ad hunc collatus flauior est, ac tenuior vel craßior, nigrior vel humidior, hoc est, qui nimia, vel bile, vel atro succo, vel pituita dilutus est, sanguis adhuc quidem est, sed minus naturalis. Sanguis vitiosus.

Dictum autem est suprà de temperamentis, qualis est sanguis, quo similaria nutriuntur, talem ferè colorem in cute efflorescere, Qualis sanguis talis in cute color efflorescit.

A temperato quidem sanguine, roseum ac viuidum.

Ab intemperato, bilioso, vel pituitoso, ali-

se, alium atque alium, pro excellentis ... ris excessu.

Sanguis, qui putredine vel imm... rato calore, in flauam, vel atram ... degenerauit, vel excrementis ex ve... fellis, liene, aut aliis partibus rec... tibus, valdè vitiatus est, hic natur... limites iam excessit, nec sanguis ... ter, sed putridus, vel corruptus ... nominatur.

Sanguis corruptus.

Sanguis extra venas effusus

Qui extra venas in cauitat... quam est receptus, omnino, ne... nec humor amplius habendus e..., ... mum in grumos cogitur, deinde ... planeque malignam ac venosam qua... contrahit: nigerrimo colore pici ... milis, vt plerique atram bilem ... cum nihil aliud sit, quàm corr... putridus grumus.

CAPVT X.

DE BILE NATVRA-li & non naturali.

NAturalis bilis, quæ sanguini permixta in venis continetur, particulas simili temperamento præditas nutrit, reliquo etiam sanguini pro vehiculo est, vt commodius ad partes nutriendas deducatur. *Vsus bilis flauæ.*

Quod autem supervacaneum eius relinquitur, vna cum aliis excrementis per cutem expellitur.

Et hæc quidem flaua est, & calida, & mediocriter crassa. Serosi autem humoris permixtione pallidior & tenuior fit.

Aliam naturam, dum ab immodico calore vritur & torretur, induit: tunc enim inepta ad nutriendum est, crassior enim ac calidior, quàm naturæ conueniat, ac planè colore & consistentia crudis ouorum vitellis similis euadit. Vndè vitellina dicitur. *Bilis Vitellina.*

CAPVT XI.

DE HVMORE MElancholico.

MElancholicus humor, qui naturalis est,

est, et cum reliquo sanguine partes [illegible] frigido & sicco est temperamento, [illegible] stentia crassa, colore atro, & [illegible] temia recitur ater succus, quem [illegible] nominatur, quemadmodum & [illegible] humor, quem epatis quidem [illegible] tum, sed lienis nutrimentum [illegible]

Ater succus.

Triplex differentia atræ bilis.

Atra bilis omnis præter [illegible] generaturá, per adustionem. [illegible] est differentia.

I. Ex succo Melancholico.

Vna fit ex atro succo naturali [illegible] ab eo, vt fex vini vsta à non vsta, [illegible] da, acris, mordax, nonnulli [illegible] vocant, quod pro natura humoris [illegible] mam siccitatem sit redacta.

II. Species ex bile Vitellina.

Altera ex bile vitellina fit, [illegible] dicta tantò malignior, quantò bilis [illegible] succo acrior.

Per febres enim ardentes & [illegible] fit, vt vitellina bilis, quæ in [illegible] gis magisq́ exuratur, ac paul[illegible] ciosior euadat. Ac primum ex [illegible] prasina, ex hac deinceps æruginosa [illegible] rulea, quemadmodum in ventriculo [illegible] am accidere dicebamus.

Ti[illegible]

Postremò, summa adustione fit atra, omnium perniciosissima, quae cùm excernitur, partibus, quas attingit, adhaerescit, easque erodit & exulcerat. Dum autem feruens adhuc in terram profunditur, fermenti modo, terram in tumorem attollit. *Atra bilis perniciosiss.*

Tertia atrae bilis species ex pituita originem habet. Ea enim in venis putrescens, calorem concipit, & fit salsa, cumque vehementius torretur, in atram bilem sed mitiorem demutatur. *III. ex pituita putrescente.* *Pituita salsa.*

CAPVT XII.

DE PITVITA.

Pituita naturalis dulcis est, vel potius vt aqua omnis saporis expers. *Pituita naturalis.*

Nutriuntur ea potissimum omnes partes natura frigidae, & humidae, quale est cerebrum, Nucha. In sanguinis verò inopia, venarum concoctione in sanguinem vertitur, quod neutri bili accidere potest, vnde nonnulli sanguinem diminutè coctum appellare voluerunt.

Acida. *Ab hac [illegible] pituita [illegible]… salsa, de qua [illegible] dicemus, & à [illegible]… cruda omnino est, vt quæ exiguum [illegible]… dum [illegible] calorem obtineat, [illegible]… facilè [illegible], ac [illegible]… perinde ac vinum tenue, et fructus [illegible]… dum succi, qui [illegible]… [illegible]… mox acidi fiunt.*

Salsa quomodo generetur. *Salsa ex dulci putrescente na…* *Terrestres enim ipsius portiones… assæ, ac reliquæ dulci substantiæ per… salsum saporem inducunt.*

Eadem salsedinis causa est in… marina, & ea, quæ vehementius… coquitur.

Phlegma præter naturam. *Quod extra venas, in pulmo… ventriculo, & intestinis pituitæ… accruatur, vel ex cerebro in has… partes destillat, in humorum gene… rectè collocari, nec pituitam reci… ri, diximus anteà.*

Excrementum enim est, quod… quidem tenue, & aqueum cum fit… ris paulatim assatur, ac primum…

sistentiam acquirit: Deinde colliquati vitri speciem referens, frigidioribus locis adhærescit, vitrea pituita dicitur, ac grauissimos dolores concitata inducit. *Vitrea.*

Ad extremum cum lapidis ferè duritiem contraxit, gypsea dicitur, cuius generis sunt tophi, qui ex pulmonibus sæpius reijciuntur, & qui in Arthriticorum quorundam articulis reperiuntur: Item vesicæ & renum calculi ab hac assata pituita proueniunt. *Gypsea.* *Tophi.*

CAPVT XIII.

DE HVMORIBVS secundarijs

SEcundarios humores, proximum corporis partium nutrimentum, ex primis modò commemoratis humoribus, in tertia coctione generari, modò diximus. *Secundarij humores.*

Probi sunt, ac laudabiles, qui ex probo, & temperato sanguine fiunt, qui partibus nutriendis appositi probè agglutinantur, & assimilantur. *Probi.*

Vitiosi. *Vitiosi, ex sanguine vitioso ... iustam assimilationem, ... nec veram agglutinationem ... tur. Sed priusquam de vitiosis ... natura eorum qui vitiosi non sunt ... ctius paulò est cognoscenda.*

Secundarij humores quomodo generentur *Sanguis itaque in epate confectus ... minimas usque digeritur, ac distr... venis, epate quidem, & prioribus ... propellentibus, attrahentibus verò ... duè, quæ proximè venas sequuntur.*

Hac distributione, cum in ex... venas est deductus, ibi tum à circum... tium partium similarium tempera... mutari, et albescere, et ad earum na... transformari incipit. Appellant ... hunc succum, qui in secundarijs hu... bus primus est, humorem innomina...

1. Humor innominatus. *Deinceps vero, cum singulæ pa... læ, iucundum ac naturalem succu... naturali appetitu excitatæ, attrah... labuntur non solùm per venarum ... oscula, sed per angusta quoque & ... venarum foramina, etiam in me... partes, quæ rectos ad se pertinentes ...*

rum ductus non habent, ijsq; penitus perfusus apponitur: Estque hic attractionis finis.

Appellant hunc humorem rorem, non quod aqua tenuis sit, est enim priore humore paulo crassior, sed quod roris modo per vniuersam similarium substantiam dispergatur. II. Humor Ros.

Procedente verò coctione, dum magis crassescit, et glutinis modo partibus affigitur, gluten nominatur. III. Humor gluten.

Postremò cum assimilatur, id est, cum pristina natura penitus, & prorsus deposita, illud ipsum fit, quod nutritur, nempè caro, os, cutis, cartilago, corrupto vocabulo Cambium vocant, quo nomine, barbarè loquentibus nihil aliud significatur, quàm illud, quod aptum concoctionibus effectum, partibus assimilatur. IIII. Cambium.

Celerius autem mollibus, ac carnosioribus partibus, quæ sanguini affinem substantiam obtinent, secundarij humores assimilantur: Longiori verò temporis spacio, ossibus & cartilaginibus, quæ longius à sanguinis natura recesserunt.

Atq. ad hunc modum [illegible] naturam se habent, omnes ferè partes nutriunt.

Vitiati humores secundarij non nutriunt.

Cùm autem vitio aliquo ex [illegible] moribus contracto sint con[illegible] ansi particulis apponantur, tamen, [illegible] non agglutinantur, vel si agglutinantur non rectè aßimilantur.

ἀνασάρκη quomodo fiat.

In illa Hydropis specie, quae [illegible] dicitur, Ros, qui apponitur, crudus, & quasi humor est, qui calore [illegible] satis elaboratus, neque ad conven[illegible] substantiam ac lentorem reduct[illegible] fit, vt appositus non agglutinetur, [illegible] tenuitate, excrementi modo in va[illegible] larium partium spatijs erret, ac [illegible]

Ipsæ vero partes, quæ eo nutri[illegible] bant tumidæ, ac laxæ efficiuntur.

Interdum benè succedente [illegible] ne, & agglutinatione praua fit a[illegible] cùm videlicet similares partes, pra[illegible] malignos succos iam agglutina[illegible] alterare, atq. in similem sibi su[illegible] vertere nequeunt, quo fit, vt a [illegible] lore, ac habitu degenerantes, aliam [illegible]

Vide Gal. lib. 2 de facultate naturali.

dam

dam habitum, qui præter naturam sit, inducunt, quem καχεξίαν appellant & κακοχυμίαν, quæ vitiosis humoribus, verùm [illegible] fit. καχεξία. κακοχυμία.

In cutaneis generis species, quam Græci ἀλφὸν, Auicenna Morpheam nominant, cutis fœdo colore inficitur, ad album vel nigrum tendente, pro atrabilarij nutrimenti natura. Alphus. Morphæa.

Ex pituita hæc, vel aliis succis, ut anteà dictum est, generatur.

Deterior autem semper est nigra, nimirum ex maligniore atrabile procedens.

Cum dicta macula ex crassiore humore originem habet, & altius cuti insidet, ut subiectam quoque carnem attingat, & album colorem inferat, altera vitiliginis species oritur, quæ Græcis, & Celso λευκὴ dicitur, Auicennæ Albaras, quæ si nigra fuerit, & pessimum squamis similia excrementa exuet, praua quædam dispositio est ad Elephantiasin, quam Auicenna, & vulgus Medicorum lepram nominant. λευκή. Albaras. Elephantiasis. Lepra.

Vitiliginis similes affectus sunt, im-

petigo, scabies, et quæ à Græcis scriptoribus lepra dicitur. Impetigo graciliter ... extrema cutis superficies afficitur ... asperitate, & prurit. Fit ab ... succo tenui, & acri sanie permixto.

Si paulo profundior erit, ita, ut furfuracea quædam corpuscula excitet, ... , nos propriè scabiem appellamus, quemadmodum scabies nomen vulgo ... am latius patet, vt eo etiam nomine ... fistulæ, Herpetes, reliquaq; cutis ... mala comprehendantur.

Lepra græcorum. *Quæ à græcis Lepra dicitur simili ... fectus est, dictæ modò scabiei, nisi quod ... profundior est, & manifestas ... mas excitet. Hæc exempli causa ... fuciam, ad explicandam prauæ ... tionis naturam.*

CAPVT XIIII.

DE FACVLTATIBVS naturalibus nutritioni subseruientibus.

Hæc ...

HActenus nutritionis materiam, vtpote quæ sensui maximè manifesta est exposuimus, ostendimusq́ quas mutationes cibus, ac potus subeant, priusquam reuera nutriant, ac corporis substantia fiant. Porrò quot mutationum, seu passionum genera in alimento deprehenduntur, totidem necesse est naturæ quoq; actiones esse. *Transitio.*

Actionum autem numero, deinceps respondent facultates. *Quot actiones, totidẽ facultates.*

Ita facultas quædam est chylificatiua, alia quæ eundem distribuit, alia quæ in sanguinem mutat, apponit, agglutinat &c. *Chylificatiua. Distributiua.*

At cum omnes in hunc finem contendant, vt alimentum similaribus partibus assimiletur, hanc assimilatricem facultatem Nutritoriam appellamus, ac supremam statuimus; cui reliquæ auxiliariæ subministrent. *Sanguificatiua. Subministræ.*

Sunt autem huiusmodi Auxiliariæ præcipuè quatuor, Attractrix, Retentrix, Alteratrix, & Expultrix. *Attractrix. Retentrix. alteratrix. Expultrix.*

Reliquæ vero componuntur ex istis,

R 5 vel

vel ad has referuntur, vel ex his ambabus coniunctis componuntur. [illegible] cultas ea, quæ alimentum a[illegible] posita est.

Constat enim attractrice, & [illegible] trice facultate.

Concoctrix vtitur retentrice & [illegible] ratrice.

Adpositio attractionis finis est.

Agglutinatio retentionis.

Assimilatio alterationis.

Facultates insunt corporis particulis.

Insitas autem has facultates [illegible] bus corporis particulis [illegible] nitet enim [illegible] alimento [illegible]

Alimentum per se motum non [illegible] vt per se ad partem nutriendam [illegible]

Attractrix

possit. Necesse est igitur, vt [illegible] sum, vel attractum ei perferatur.

At si à præparatoriis organis [illegible] pelleretur, ab ipsis vero nutriendis particulis non attraheretur, non minus [illegible] lis, quàm vtilis factus in vniversum corpus confluxeret, et partes ex æquo [illegible] ri & simili nutrimento alerentur. [illegible] non ita fit, constat, cuique particula [illegible]

attr[illegible]

attrahendi vim inesse, qua quod conueniens ipsi, & familiare, & quantum particulae suae est, ex contiguis sanguinis magis ad se allicit.

Vt enim res omnes naturali quodam appetitu praeditae sunt, grauia, vt deorsum ferantur, leuia sursum, Magnes praeditus ea facultate, vt ferrum attrahat: Sic corporis nostri particulis, quae in magna sunt varietate singulis, attrahendi non cuiusuis, sed proprij & familiaris alimenti appetitus inditus est. Is autem ad ipsius attractionem incitat. *In natura maximus similium appetitus.*

Incitatur autem, propterea quod familiare, & iucundum est.

Porro si attrahendi facultatem singulis partibus inesse demonstratum est: necesse est, vt expultricem quoque ijs tribuamus. *Expultrix.*

Vt enim naturali amicitia, ac desiderio inductae, similia ac familiaria trahunt, ita consentaneum est, vt naturali etiam odio repulsa, aliena, ac superuacanea, qualia alimento plurima permixta sunt, respuant, ac repellant.

Cum

Attractionis similitudinis. *Cum autem tractionis is finis* [illegible] *particulæ eo, quod attraxerunt,* [illegible] *tur, idque sibi assimilent, necesse* [illegible]

Retentrix. *quoque contineant. Retentum vero* [illegible] *suo calore, & temperamento* [illegible] *terentque.*

Quod si ita est, recte quoque re[illegible]

Alteratrix *& alteratrix superioribus dua*[illegible] *tatibus adiunguntur.*

CAPVT XV.

IN QVIBVS REB[illegible] consistant hæ facultates [illegible] quæ sit earum essentia.

Singulæ similares partes, quæ [illegible] *stant, ac conseruant, ad propri*[illegible] *attractionem, retentionem, alter*[illegible] *& superuacui expulsionem* [illegible]

Facultates insunt tẽperamentis *nita illa vi vtuntur, quæ tota in* [illegible] *mento ipsarum consistit.*

Communia quoque organa, [illegible] *licet commune alimentum* [illegible] *præparant, ad alterandam quidem* [illegible]

alimenti ſubſtantiam, ſeu concoquendum: calida humidaq; temperie, ſiue propriâ facultate, ſiue tota proprietate vtantur.

Per febres enim aliosq; ſingulares morbos vitium ſæpe per coctione contingit. Eius autem nulla alia cauſa aſſignari poteſt, quàm quod natiui caloris mediocritas corrumpitur.

Si igitur prauarum coctionum cauſa eſt intemperies, ſequitur temperamentum iuſtum, bonarum coctionum cauſam eſſe.

Ad reliquas verò functiones, nempè attrahendam, retinendam, expellendam, modò dicta communia organa non ſolum temperamento vtuntur, ſed & villis quibus prædita ſunt, vel maximè adiuuantur.

Sunt villi, fibræ, ſiue filamenta quæpiam, perinde ac muſculorum fibræ ſe contrahuntq; motu tamen non voluntario vel arbitrario, ſed planè naturali. Villi.

Differentiæ villorum à ſitu ſumuntur. Qui enim rectà protenſi ſunt, recti vocantur, Tranſuerſi qui in tranſuerſum, obliqui, qui in obliquum ſitum habent. Villorum differentiæ. Recti. Tranſuerſi. Obliqui.

Ac re-

Ac recti quidem, dum contr[illegible] breuiorem, & ampliorem internam [illegible] tatem efficiunt, atq; ita attractionem [illegible] mediocriter iuuant.

Villorum singulorū officia.

Transuersi contracti, candem [illegible] ctum constringunt, quo fit, vt, qu[illegible] continetur, deorsum mittatur, [illegible] expulsio.

Fibræ obliquæ.

Obliqui cùm nec breu[illegible] ampliorem capacitatem efficiant, [illegible] quidem statum seruent, neq; [illegible] ni, neq; expulsioni seruiunt, sed [illegible] famulantur.

Villi Oesophagi recti

It autem organa hæc velilla [illegible] te excellunt, ita hoc, vel illud [illegible] genus obtinent.

Intestinorum transuersi.

Oesophagus, cum attrahendi, [illegible] glutiendi alimenti primum organ[illegible] rectis villis donatus est.

Quælibet membra sibi familiare attrahunt.

Intestina, cum distribuendi, [illegible] trudendi chyli instrumenta sint, [illegible] uersis villis prædita sunt.

Ventriculus omnis generis fibras habet.

Ventriculus omne fibrarum [illegible] dotus est, attrahendi, retinendi [illegible] pellendi munere ex æquo fungitur.

Venis, cum attrahendi actio[illegible]

[illegible] vigeant, vel utraque, velli suas attra-hunt. *Venarum [illegible].*

Renes tota natura sua proprium excrementum attrahunt, vtpote [illegible] sibi, ac familiare, non [illegible] eius quod [illegible]. *Renum facultas [illegible].*

Similiter ac vesicula fellis [illegible] igneum, ac tenue. *Vesiculae fellis facultas.*

Lien, terrestre, ac faeculentum sanguinis, peculiarem excrementum [illegible] substantia sua, seu forma [illegible] quam [illegible] attrahit, quae [illegible] medicamenta purgantia [illegible] sed naturae suae familiare, succos attrahunt, vt Agaricus, pituitam. *Lienis facultas.*

CAPVT XVI.

DE FACVLTATE auctrice.

HActenus vniuersam [illegible] onem expositimus, [illegible] quomodo illa naturalis facultas, quae nu- *[illegible]*

trix

*trix dicitur, corpora nostra gubernan-
sint ipsa suarum operatione actione [illegible]
que sua auxilijs, et omnia, quae ad [illegible]
endas partes pertinent, perficiat.*

*Vt autem perfecta magis, ac di[illegible]
sit haec de facultatibus doctrina, [illegible]
quens est, ut de reliquis duabus [illegible]
facultatibus naturalibus, Auctri[illegible]* — Auctrix.
licet, & Generatrice paucis d[illegible] — Generatrix

*De Nutrice prius agere [illegible]
quod ipsius opera, actiones, organa [illegible]
in conspectu sint, quodque reliquae [illegible]
quibus adiuti sumus huius opera [illegible]
suis utuntur.*

Auctio. *Auctio enim non fit sine nutri[illegible]*
Generatio. *Generatio vero, utriusque [illegible]
& nutritionis auxilio perficitur.*

*Augentur autem proprie [illegible]
generata iam sunt, integra [illegible]
absolutionem obtinent, sed [illegible]
incrementi modum, qui ipsis [illegible]
uiuentibus corporibus) [illegible]*
Auctio quid? *nondum sunt adepta. [illegible]
eo perducuntur, dum partes [illegible]
